



EX LIBRIS



THEODORE BECC

Luis Jeronimo de Ore, peruano,  
publico en Napoles, 1607: "Rituale  
sem manuale peruanum... ad  
ministrandi Baptismi, Eucharistia  
in matrimonium etc" in *Notes, Spanish  
colonial literature in South America*  
New York, 1922.

v. Tambien: "Catecismos en guarani  
por Ivelles, en Rev. de la Bib. Pub.  
de Buenos Aires, Tomo IV.

Je ne fay rien  
sans  
**Gayeté**

(Montaigne, *Des livres*)

Ex Libris  
José Mindlin







# ORDOBAPTIS

## MI PARVVLORVM

Preguntas en la Lengua Guarani  
para Baptizar Quid petis &c.

**P** Mbaerehe pângâ ereyerure S.<sup>ta</sup>  
Madre Iglefia vpe rae? **vel**  
peyerure. **R.** Iesu Christo rero  
bia habarehe.

**P.** Iesu Christo rerobia haba mba  
è pângâ omeê ndeberae? **vel.**  
Omeê peê mene. **R.** Teco hori  
apireyãma.

**Sacerdos.** Si igitur vis ad vitam  
ingredi, serua mandata: Diliges  
Dominum Deum tuum ex toto  
corde tuo, & ex tota anima tua,  
& ex tota mente tua, & proximum  
tuum sicut te ipsum. **Deinde ter ex**  
**sufflet**

2  
sufflet teniter in faciem infantis,  
& dicat semel. Exi ab eo, vel  
ab ea, immunde spiritus, & da  
locum Spiritui sancto paraclito.  
Postea pollice faciat signum Crucis  
in fronte & in pectore infantis  
dicens Accipe signum Crucis  
tam in fronte ✠ quam in corde ✠  
sume fidem caelestium praecepto-  
rum & talis esto moribus, ut tem-  
plum Dei iam esse possis.

Oremus

**P**Reces nostras, quæ sumus Do-  
mine, clementer exaudi: &  
hunc electum tuum **N** Crucis  
Dominicæ impressione signatū  
perpetua virtute custodi, ut ma-  
gnitudinis gloriæ tuæ rudimē-  
ta seruans, per custodiam man-  
datorum



datorum ad regenerationis gloriã  
peruenire mereatur. Per Christum  
Dñm nostrum &. Amen.

Deinde imponat manum super  
caput infantis, ac dicat.

Oramus.

**O**Mnipotens sempiterne Deus,  
Pater Domini nostri IESV  
Christi, respicere dignare super  
hunc famulum tuum **N**quem<sup>+</sup> ad *+ audium*  
rudimenta fidei vocare dignatus es: *pro bapt.*  
omnem cæcitatem cordis ab eo ex-  
pelle: dirumpe omnes laqueos  
satanz, quibus fuerat colligatus:  
aperi ei Domine ianuam pietatis,  
tuæ, vt signo sapientiæ tuæ imbutus,  
omnium cupiditatum fœtoribus  
~~ca~~reat, & ad suauem odorem præ-  
ceptorum tuorum lætus tibi in.

Eccles.

Ecclesia tua deferuiat, & proficiat

+ ut idoneus sit frui gratia Ba ptismi tui, quem suscepit Salis per ceptam medicina. pro banti.

dedie in diem Per eundem Christum Dñm nostrum. & Amen.

Deinde Sacerdos benedicat sallem, qui semel benedictus alias ad eundem vsum seruire potest

Benedictio salis

**E**xorcizo te creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠, & in charitate Domini nostri IESU Christi ✠, & in virtute Spiritus sancti ✠ Exorcizote per Deum viuum ✠, per Deum verum ✠: per Deum sanctum ✠, per Deum ✠ qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari præcepit, vt in nomine

**S**anctæ Trinitatis efficiaris salutare —

Sacrament

5

Sacramentum ad effugandum i-  
namicum Proinde rogamus te Do-  
mine Deus noster, vt hanc creatu-  
ram salis sanctificando sanctifices ✠,  
& benedicendo benedicas ✠, vt fiat  
omnibus accipientibus perfecta  
medicina, permanens in visceribus  
eorum, in nomine eiusdem Domi-  
ni nostri Iesu Christi, qui ventu-  
rus est iudicare viuos & mortuos,  
& sæculum per ignem. *℟. Amen.*

*Deinde immittat modicum salis  
benedicti in os infantis, dicens:*

**N** Accipe salem sapientiæ:  
propitiatio sit tibi in vitam æ-  
ternam. *℟. Amen. Sacerdos. Pax  
tecum. ℟. Et cum spirit. Oremus*

**D**Eus Patrum nostrorum, Deus  
vniuersæ conditor veritatis,  
te suppl.

te supplices exoramus, vt hunc  
famulum tuum **N.** respicere dig-  
neris propitiis, & hoc primum  
pabulum salis gustantem, non di-  
utiùs esurire permittas, quo mi-  
nùs cibo expleatur cælesti, quate-  
nus sit semper spiritu feruens,  
spe gaudens, tuo semper nomini

*+ et quemad-  
modum rege-  
nerationis  
lauacrum  
perduxit  
ti, quasi  
mus Do-  
mine. †  
pro bapti-*

seruiens<sup>+</sup> Perduc eum Domine,  
quæsumus, ad nouæ regeneratio-  
nis lauacrum<sup>†</sup>, vt cum fidelibus  
tuis promissionum tuarum æter-  
na præmia consequi mereatur  
Per Christum Dominum nostrum

**℟.** Amen.

Exorcizo te immunde spiri-  
tus in nomine Patris<sup>†</sup> & Filij<sup>†</sup>  
& spiritus sancti<sup>†</sup> vt ex eas, &  
recedas ab hoc famulo Dei **N.**

Ipsè

Ipse enim tibi imperat, maledicte  
 damnate, qui pedibus super mare  
 ambulauit, & Petro mergenti dexte-  
 ram porrexit.

Ergo maledicte diabole, recog-  
 nosce sententiam tuam, & da ho-  
 norem Deo uiuo & uero, da hono-  
 rem Iesu Christo Filio eius, & spi-  
 ritui sancto, & recede ab hoc famu-  
 lo Dei. **N** quia istum sibi Deus &  
 Dominus noster Iesus Christus ad  
 suam sanctam gratiam, & benedi-  
 ctionem, Fontemque Baptismatis  
 vocare dignatus est.

**Hic pollice in fronte signat in-**  
**fantem, dicens:**

Et hoc signum sanctæ Crucis ✠  
 quod nos fronti eius damus, tu  
 maledicte diabole nunquam audeas  
 violare

violare. Per eundem Christum  
Dñm nostrum ꝛ. Amen.

Mox imponit manum super ca-  
put infantis , & dicit:

Oremus

**A** Eternam ac iustissimam pie-  
tatem tuam deprecor, Domi-  
ne sancte, Pater omnipotens, æ-  
terne Deus, auctor luminis & ve-  
ritatis, super hunc ramulū tuū **N.**  
vt digneris illum illuminare lu-  
mine intelligentiæ tuæ: munda-  
eum, & sanctifica da ei scientiam  
veram, † vt dignus gratia Baptismi  
tui effectus†, teneat firmam spem,  
consilium rectum doctrinam san-  
ctam Per Christum Dominum  
nostrum. ꝛ. Amen.

Posteà Sacerdos imponit extre-  
man

† ut dignus  
sit frui gra-  
tia Baptis-  
mi tui, qu-  
em supce-  
pit. †  
pro bap-  
t-

mam partem stolæ super infantem,  
& introducit eum in Ecclesiam di-  
cens

**N** Ingredere in templum Dei,  
vt habeas partem cum Christo in  
vitam æternam. *R.* Amen.

Cùm fuerint Ecclesiam ingressi,  
Sacerdos procedens ad Fontem cū  
Susceptoribus coniunctim clara  
voce dicit:

**C**redo in Deum, Patrem omni-  
potentem, creatorem cæli &  
terræ Et in Iesum Christum, fi-  
lium eius vnicum, Dominum  
nostrum qui conceptus est de  
Spiritu sancto, natus ex Maria  
virgine, passus sub Pontio Pilato,  
crucifixus, mortuus, & sepultus:  
descendit ad inferos tertia die  
resurr

resurrexit à mortuis ascendit  
 ad cælos, sedet ad dexteram Dei  
 Patris omnipotentis : inde ventu-  
 rus est iudicare viuos & mortuos.  
 Credo in Spiritum sanctum, san-  
 ctam Ecclesiam Catholicam, Sã-  
 ctorum communionem, remissio-  
 nem peccatorum, carnis resurre-  
 ctionem, vitam æternã, Amen.

**P**ater noster, qui es in cælis :  
 sanctificetur nomen tuum :  
 adueniat regnum tuum : fiat vo-  
 luntas tua, sicut in cælo, & in terra.  
 Panem nostrum quotidianum  
 da nobis hodie : & dimitte nobis  
 debita nostra, sicut & nos dimit-  
 timus debitoribus nostris . Et ne  
 nos inducas in tentationem : sed  
 libera nos à malo, Amen.

Ac deinde



Ac deinde, antequam accedat ad  
Baptisterium, dicat.

### EXORCISMVS.

**E**Xorcizo te omnis spiritus im-  
munde, in nomine Dei Patris  
Omnipotentis ✠, & in nomine IE-  
SV Christi filij eius, Domini & Iudi-  
cis nostris ✠, & in virtute Spiritus  
sancti ✠, vt discedas ab hoc plas-  
mate Dei **N.** quod Dominus no-  
ster ad templum sanctum suum  
vocare dignatus est, vt fiat templū  
Dei viui, & Spiritus sanctus ha-  
bitet in eo Per eundem Christū  
Dominum nostrum, qui venturus  
est iudicare viuos & mortuos, &  
sæculum per ignem. ꝛ. Amen.

Posteà Sacerdos digito accipiat  
de saliuā oris sui, & tangat aures  
&

& nares infantis tangendo verò aurem dexteram, & finitram, dicens

Ephphatha, quod est Adaperire: deinde tangat nares dicens: In odorem suavitatis Tu autem effugare diabole, appropinquet enim iudicium Dei.

Posteà interrogat baptizandū nominatim dicens:

Preguntas que se hazen en lugar de la palabra Abrenuntias &c.

P. Ereiabaetereco pângã añagã vel.

Peiabaetereco. R. Ayabaetereco?

vel. Orova baetereco.

P. Hembia popochiãbe pângã?

Ayabaetereco.

P. Heco pochãbe pângã? R. A-

yabaetereco.

Deinde

Deinde Sacerdos intigit pollicem  
in Oleo Catechumenorum, & infan-  
tem vngit in pectore, & inter sca-  
pulas in modum Crucis dicens:

Ego te linio ✠ Oleo salutis in  
Christo IESV Domino nostro,  
vt habeas vitam æternam **R.** A-  
men

Subinde pollicem & inuncta lo-  
ca abstergit bombacio vel resimilli,  
& interrogat expresso nomine bap-  
tizandum, Patrino respondente:

Hic deponit stolam violaceam,  
& sumit aliam albi coloris.

Acabado deponer el olio santo  
pregunta, diciendo.

P. Ererobia pângâ Tûpâ Tuba o-  
pacatu mbaè moñangara yba, hae  
ĩbĩ moñangara âbe? **veR.** Arobia,

vel

vel. Oroguerobia.

**P.** Ererobia pângã Iesu Christo \_

Taira moñepêtêibaè ñandeiara :  
y àhaguera , y manô haguera , abe?

vel. Perobia &c. **R.** Arobia.

**P.** Ererobia pângã Espiritu sancto,

lãncta Iglefia catolica , sanctos Co-  
munion abe , Sacramentos rehe.

ñandeaingaipaba cañi : hae aracani \_

ramo ñanderecobe yebí haguãmã ,

haè tecobe ambuae apirẽymã , yba

peguara , Añarêtãmeguara abe? **R.**

Arobia

Subinde expresso nomine bapti-  
zandi, Sacerdos dicit:

**P.** Ndecaraipotace pângã? **R.** Che-  
caraipotace.

Tunc Patrino , vel Matrino , vel  
vtroque ( si ambo admittantur )

infantem

infantem tenente, Sacerdos vasculo seu vrceolo accipit aquam Baptifimalem, & de ea ter fundit super caput infantis in modum Crucis, & simul verba proferens, semel tantum distinctè attentè dicit:

N Ego te baptizo in nomine Patris ✠, fundat primò; & Filij ✠, fundat secundò; & Spiritus ✠ sancti. fundat tertio.

Vbi autem est consuetudo baptizandi per immersionem, Sacerdos accipit infantem, & aduertēs ne lædatur, cautè immergit, & trina mersione baptizat, & semel tantum dicit:

N Ego te baptizo in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠, sancti.

Mox —

Mox Patrinus, vel Matrina, vel vterque simul infantem de sacro Fonte leuant, suscipientes illum de manu Sacerdotis.

Si verò dubitatur, an infans fuerit baptizatus, vtatur hac forma: **N** Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti. Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, & vngit infantem in summitate capitis in modum Crucis dicens:

**D**Eus omnipotens, Pater Domini nostri IESV Christi, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu sancto, qui que dedit tibi remissionē omnium peccatorum (hic inūgit) ipse te liniat Chrismate salutis ✠  
in eodem

in eodem Christo Iesu Domino nostro in vitam æternam. *℞* Amen.

**Sacerdo.** Pax tibi. Et cum spiritu tuo.

**Tum** bombacio, aut re simili abstergit pollicem suum, & locum inunctum, & imponit capitis eius linteolum candidum loco vestis albæ, dicens:

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri IESV Christi, vt habeas vitam æternam. *℞*. Amen.

**Posteà** dat ei, vel Patrino, candellam accensam, dicens:

Accipe lampadem ardentem, & irreprehensibilis custodi Baptismum tuum. serua Dei mandata, vt cum Dominus venerit ad nuptias, possis

possis occurrere ei vnà cum omnibus Sanctis in aula cælesti, habeasque vitam æternam, & viuas in sæcula sæculorum. *℞.* Amen.

Postremò dicit: *N* Vade in pace, & Dominus sit tecum *℞.* Amen.

Si verò fuerint plures baptizandi, siue masculi siue femine, in Catechismo masculi statuuntur ad dexteram, feminae verò ad sinistram, & omnia pariter dicantur vt suprà in proprio genere, & numero plurali Verùm prima nominis interrogatio, exufflatio, Crucis impressio, seu signatio, tactus aurium & narium cum salua, abrenuntiationis interrogatio, vnctio Olei Catechumenorum, interrogatio



rogatio de Fide seu Symbolo & ipse Baptismum, inunctio Chris-  
matis, candidæ vestis impositio,  
atque accensæ candelæ traditio, sin-  
gulariter singulis, & primùm mas-  
culis, deinde feminis fieri debent.

Si infans, vel adultus ægrotus  
adeò grauius laboret, vt periculū  
immineat ne pereat, antequam Ba-  
ptismus perficiatur, Sacerdos omi-  
ssis quæ Baptismum præcedunt,  
cum baptizet, ter, vel etiam semel  
infundens aquam super caput  
eius in modum Crucis dicens. E-  
go te baptizo in nomine Patris ✠,  
&c.

Si non habeatur aqua Baptif-  
malis, & periculum impēdeat,  
Sacerdos vtatur aqua simplici.

Deinde

Deinde si habeat Chrisina, li-  
uiat eum in vertice, dicens: Deus  
omnipotens, Pater Domini nostri  
IESV Christi, &c. vt supra.

Posteà dat ei linteolum candi-  
dum, dicens: Accipe vestem, &c.

Ac demum det ei ceream can-  
delam accensam: dicens: Accipe  
lampadem, vt suprà Si superuixe-  
rit, supplēatur alij ritus omissi.

---

---

Ordo supplendi omiſſa ſu-  
per baptizatum.

Sacerdos igitur antequam inmit-  
tat ſalem in os baptizati, manum  
ſuper caput eius imponens dicit:

Oremus.

Oratio.

**O**Mnipotens ſempiternus Deus,  
Pater Domini nostri IESV  
Christi,

Christi, respicere dignare super hūc  
famulum tuum . quem dudum  
ad rudimenta fidei vocare digna-  
tus es : omnem cæcitatē cor-  
dis ab eo expelle, dirumpe om-  
nes laqueos satanæ, quibus fue-  
rat colligatus aperi ei, Domine,  
ianuam pietatis tuæ, vt signo  
sapientiæ tuæ imbutus, omnium  
cupitatum<sup>di</sup> fœtoribus careat, &  
ad suauem odorem præceptorum  
tuorum lætus tibi in Ecclesia tua  
deseruiat, & proficiat de die in diē,  
vt idoneus sit frui gratia Baptis-  
mi tui, quem suscepit, salis percepta  
medicina. Per eundem Christum  
Dñm nostrum. *R.* Amen.

*Deinde posteaquam modicū,  
salis inmitit in os baptizati,  
dicens:*

**dicens** Accipe saltem sapientiæ ,  
propitiatio sit tibi in vitam æ-  
ternam. **&** Amen. **dicit**

**Oremus.**

**D**Eus Patrum nostrorum, De<sup>9</sup>  
vniuersæ conditor veritatis,  
te supplices exoramus, vt hunc  
famulum tuum **N.** respicere di-  
gneris propitius, vt hoc pabulum  
salis gustantem non diutiùs efuri-  
re permittas, quò minus cibo ex-  
pleatur cælesti, quatenus sit sem-  
per spiritu feruens, spe gaudens,  
tuo semper nomini seruiens, & quẽ  
ad nouæ regenerationis lauacrũ  
perduxisti, quæsumus Domine,  
vt cum fidelibus tuis promissio-  
num tuarum æterna præmia cõ-  
sequi mereatur. Per Christum

Dñm

Dñm nostrum. *R.* Amen.

Post hæc facto signo Crucis  
in fronte baptizati, distisque  
illis verbis.

Et hoc signum Crucis ✠ quod  
nos fronti eius damus, tu maledi-  
cte diabole nunquam audeas vi-  
olare Per eundem Christum  
Dñm nostrum. *R.* Amen. manu su-  
per caput eius imposita dicit:

Oremus.

**A** Eternam ac iustissimam pie-  
tatem tuam deprecor, Domi-  
ne sancte, Pater omnipotens, æter-  
næ Deus, auctor luminis & verita-  
tis, super hunc famulum tuum **N.**  
vt digneris eum illuminare lumine  
intelligentiæ tuæ munda eum, &  
sanctifica: da ei scientiam veram,  
vt

vt dignus sit frui gratia Baptismi  
tui, quem suscepit; teneat firmā  
spem, consilium rectum, doctri-  
nam sanctam, vt aptus sit ad re-  
tinendam gratiam Baptismi tui  
Per Christum Dominum nostrum.  
℞ Amen.

In Baptismo autem adultorum,  
præter illa quæ suprâ notata sunt,  
quando suppleantur omiſſa, hæc mu-  
tari debent. Primum in Exorcismo,  
Audi maledicte satana, vbi dicitur,  
[ habitaculum perficiat ] dicitur,  
habitaculum perfecit. deinde in  
Exorcismo, Nec te latet, vbi di-  
citur [ vt fiat ] dicatur, vt fieret.

---

## De Communione infirmorum.

Ingre.

Ingrediens verò locum ubi iacet infirmus, dicat: Pax huic domui. & Et omnibus habitantibus in ea. Tum depositum Sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus ingenua procumbentibus, & mox accepta Aqua benedicta, aspergit infirmum, & cubiculum, dicens Antiphonam: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor: & primum versum Psalmi, **M**iserere mei Deus, cum Gloria Patri. Sicut erat, &c. Deinde repetitur Añã . Asperges me, &c. Postea **X**. Ad iutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum & terram.

*V.* Domine exaudi orationem  
meam *R.* Et clamor meus ad te  
veniat. *V.* Dominus vobiscū. *R.*  
Et cum spiritu tuo.

**O**remus.

**E**Xaudi nos, Domine sancte,  
Pater omnipotens, æterne  
Deus, & mittere digneris sanctū  
Angelum tuum de cælis, qui  
custodiat, foueat, protegat, visi-  
tet atque defendat omnes habi-  
tantes in hoc habitaculo Per  
Christum Dñm. nostrū. *R.* Amen.

His dictis accedat ad infirmum,  
vt cognoscat, num sit benè disposi-  
tus ad suscipiendum sacrum Via-  
ticum, & vtrum velit aliqua pec-  
cata contiteri; & illum audiat,  
atque absoluat: quamuis prius  
deberet



deberet esse ritè confessus, nisi necessitas aliter vrgeat Postea facta de more Confessione generali, siue ab infirmo, siue eius nomine ab alio, Sacerdos dicit: **Misereatur, &c. Indulgentiam, &c.**

Deinde facta genuflexione, accipit Sacramentum de vasculo, atque illud eleuans ostendit infirmo, dicens: **Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. & more solito ter dicat: Domine non sum dignus, vt intres sub tectū meum; sed tantūm dic verbo, & sanabitur anima mea. & infirmus simul cum Sacerdote dicat eadem verba, saltem semel, submissa voce; tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicat: Accipe frater**

frater [vel soror] Viaticum Corporis Domini nostri IESU Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur in vitam æternam Amen.

Si verò Communio non datur per modum Viatici, dicat more ordinatio: Corpus Domini nostri IESU Christi custodiat, &c.

Quòd si mors imminet, & periculum sit in mora, tunc dicto, Misereatur, &c. prædictis Precibus omnibus vel ex parte omissis, ei statim Viaticum præbeatur Postcà Sacerdos abluat digitos, nihil dicens; & in ultimo detur ablutio Deinde dicat X<sup>o</sup> Dominus vobiscum. & Et cum spiritu

spiritu tuo.

Oremus

**D**omine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te fideliter deprecamur, vt accipienti fratri nostro [vel sorori nostræ] sacrosanctum Corpus Domini nostri IESV Christi Filij tui, tam corpori quàm animæ proffit ad remedium sempiternum: qui tecum uiuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *℟.* Amen.

Acabada la oracion Exaudi *℟.*  
Preguntara al enfermo lo siguiente

**N**Andeyara Iesu Christo rete marãngatu aruãnga ndebe Cheraĩ vel. Cherayĩ, Nde ypĩcĩ catupĩrĩ ha guãma Tũpã ñeẽ marãngatu, Nde-  
piape

pĩape nderembirobia catu ,  ng  
teyipe emombeu arobiacatu cyabo.

**P.** Ererobia pang  Tũp  Tuba  
opacatu mbae moňangar no heco, y-  
ba, hae ybĩ moňangaramo heco -  
abe. **R.** Arobia.

**P.** Ererobia pang  Iesu Christo  
Taĩramoňe peteĩbae ñandeyara **R.**  
Arobia

**P.** Ererobia pang  Espiritu  
Sancto. **R.** Arobia.

**P.** Ererobia pang  Tũp  Tuba ,  
hae Taĩra, hae Espiritu Sancto Mbe-  
hapi Persona, hae peteĩ Tũp . **R.**  
Arobia.

**P.** Ererobia pang  ñandeyara,  
Iesu Christo ñandera y hupape ñande  
r mo y ñemoňangaguera Señora  
Santa Maria mara ne ybae agui y-  
haguera

àhaguera, ymânôhaguera, Anguêma  
rângâtu renôhêmâ ybïapïtepe y-  
gueyï paguera; hecobe yebï haguera,  
ïbape yieùpi haguera; haè aracañï-  
râmo Nanderecocuerari oyerurebo  
ñandebe tuhaguâmâ ererobiapâ-  
ngâ? **R.** Arobia.

**P.** Ererobia pângâ? tẽõnguera  
opacatu recobe yebï haguâmâ? **R.**  
Arobia.

**P.** Ererobia pângâ tecobe a -  
mbuae apïrêïma, ïbapeguara; Aña.  
rêtâmeguara abe? **R.** Arobia

**Dasse le abefar la Cruz dizicudo.**

**A**ñg Cheraï **vel.** Cherayïra E  
yeyurumboya Curuzu inârâ -  
ngâturehe, ymboyerobia hape, nae-  
yabo, Ayeroyï ndebe Cheyara Iesu  
Christo, Curuzupïpe nde orepïcïrô  
haguer.

haguerari.

**Teniendo El señor en las manos.**

**P.** Ererobia pângã Sancta Madre Iglesia Sacramentos rehe ñande ângaipaba cañ? **R.** Arobia.

**P.** Ererobia pângã Iesu Christo ñeêngue Paý Abare Missã pĩtepe ohããramo Iesu Christo ñandeyararete mârângatu Hostiapĩpe ýmoíngo, Mbuyaperecoete mocãñmô. **R.** Arobia catu

**P.** Haèco Hostia mârângatu Chepopeguara, pĩpe ererobia pângã Iesu Christo reconi ñbape oñabêngatu **R.** Arobia.

**P.** Ndeñrô pângã ndepĩa guibêngatu ndeamôtãrẽ ýmbaraupe **R.** Cheñrô.

**P.** Haè ndere miã motãrẽ ingue-  
raupe

raupe, Tiñrô angâ Chebe erepâ-  
ngâ. Aypo à è.

*Domine non sum dignus.*

**C**heyara Iesu Christo, nachemârâ  
ngâtui yepibiña chepiaporiahubi-  
pipe, ndereique hâguâmâ, Ndeñe-  
ngarupiaete, Cheangâ ocnerane.

*Acion de gracias.*

**C**herai, *vel.* Cherayïra, Aguiyebete  
yebi yebi Ereanga ñandeyara Iesu  
Christo vpe ndeangâ pipe heique ha-  
guerari haïhu catubo.

**O**ymebïteri Sacramento, ambu-  
aè nderembipicïrâ Conangâ ña-  
ndi mârângatu, Ereicotêberâmô,  
eyerure angâ heçe. Emônâ Tïpâ  
ñandeyara omeñdebe tecobe apï-  
reïma.

*Publica se la Indulgencia, diciendo.*

*Opa. 7*

**O** Pacatu Mbĩa ñandeyara Iesu  
Christo rete marângatu Pay  
rupi heraharamô hacĩbaèupe oho-  
baècuera 100. Ara Purgatorio pi-  
pe guecohabânguera, Omorângue.  
Indulgentias yaba rerecobo, Tataẽ-  
ndĩ opope herecuateraete, Ogue-  
reco yoapi.

His expletis, si altera particula  
Sacramenti super fuerit (super et  
se autem temper debet, præterquam  
in casu iam dicto) genuflectit, sur-  
git, & accipiens vas cum Sacra-  
mento, facit cum eo signum Cru-  
cis super infirmum, nihil dicens,  
& reuerenter illud deferens, ordi-  
ne quo venerat, reuertitur ad Ec-  
clesiam dicendo Psalmum Lau-  
date Dominum de cælis. & alios  
Psalmos



Psalms & Hymns, prout tempus  
feret Cūm peruenerit ad Ecclesiā,  
ponit Sacramentum super Altare,  
adorat, deinde dicit *℟*. Panem de  
cælo præstitisti eis. *℞*. Omne de-  
lectamentum in se habentem. *℟*  
Dominus uobiscum. *℞*. Et cum  
spiritu tuo.

Oremus.

**D**Eus, qui nobis sub Sacramento  
mirabili, passionis tuæ memo-  
riam reliquisti, tribue, quæsumus,  
ita nos Corporis & Sanguinis tui  
sacra mysteria venerari, ut redem-  
ptionis tuæ fructum in nobis in-  
giter sentiamus Qui uiuis & re-  
gnas, &c. Amen.

---

---

Ordo

Ordo ministrandi Sa-  
cramentum Extremæ  
Unctionis.

Autes del olio Sancto.

**N**Andĩ robaçapĩ aruãnga ndebe  
nderembipĩcĩrãmã curi .Tamo.  
mbeũ ndebe co Sacramento recomã-  
rãngatu; Ipĩpe nãngã oñembocacoi  
hacĩbae omano ngãtupĩĩ hãguã-  
rehe ; oirũmo rũmo tũpã gracia o-  
yeupe ; Aña vpe oñemombaraete : A-  
mome hacĩbae omboguera Tũpã co  
Sacramento pĩpe.

Quando data al enfermo abe-  
zar la Cruz ledira

Ayeroyĩ ndebe cheyara Iesu  
Christo , curuzupĩpe nde orepĩcĩ-  
rõ hauerari.

Despues de acauada la oracion

Domine

Domine sancte Pater &c. dira por-  
accion de grazias lo figuiente.

**A** Guĩ yebete yebĩ yebĩ ereã ngã.  
Tũpã ñandeyaraũpe , co Sa-  
cramento nde ipĩcĩ haguerari E-  
mboacieme nde mano hãguãmã .O-  
mãno baèrã ñande meme? teyupa-  
pe nũngã yaico coĩbĩporiahupĩpe  
ĩbapecatu oico ñanderetã tee Tũpã  
ñandemoñahaguera . Eyerobia tũ-  
pãrehe euapo ndeho hãguãmãrehe  
Emboaci nde ãngãipapaguera opaca-  
tũũ , ehaĩ huabe , Tũpã ñandeyara  
Añã rembiapo abae terecobo.

Aplique luego la indul-  
gencia diciendo .

**H** Acĩbae omanõ mbotaramõ In-  
dulgencia guazu , omboaguĩie ,  
oyeupe guãrãmã , Paĩ omeẽ ramo  
ĩchupe Cobaè indulgenciapĩpe  
ocañĩ

ocañi hacibaè angaipapaguera ;  
opacatur ep̃i habãguè Purgatorio.  
p̃ipe Iesus eramo. haè ñandeiara  
Iesu Christo raãngãbarehe oyeyu-  
rumboyaramo Cone eieiurumbo-  
ya heceãngã, naèiabo. Ayeroyĩ  
ndebe Cheiara Iesu Christo curu-  
zup̃ipe nde orepĩcĩrõ haguera re-  
he.

Cum peruentum fuerit ad lo-  
cum ubi iacet infirmus, Sacerdos  
intrans cubiculum dicit: Pax huic  
domui .*℞*. Et omnibus habitanti-  
bus in ea

Postea dicat verticulum Ad-  
iutorium nostrum in nomine Do-  
mini .*℞*. Qui tecit cælum & ter-  
ram .*v*. Dominus vobiscum .*℞*.  
Et cum spiritu tuo

**O**remus.

**I**Ntroëat,

**I**Ntroëat, Domine IESV Christe,  
domum hanc sub nostræ hu-  
militatis ingressu, æterna felicitas,  
diuina prosperitas, serena lætitia,  
charitas fructuosa, sanitas sempi-  
terna: effugiat ex hoc loco ac-  
cessus dæmonum; adsint An-  
geli pacis, domumque hanc  
deferat omnis maligna discor-  
dia Magnifica, Domine, su-  
per nos nomen sanctum tuum;  
& benedic ✠ nostræ conserua-  
tioni. sanctifica nostræ humili-  
tatis ingressum, qui sanctus &  
pius es, & permanes cum Patre  
& Spiritu sancto, in sæcula sæ-  
culorum. Amen.

Oremus, & deprecemur Do-  
minum nostrum IESVM Christū,

yt benedicendo benedicat ✠ hoc  
tabernaculum, & omnes habitan-  
tes in eo, & det eis Angelum bo-  
num custodem, & faciat eos sibi  
seruire ad considerandum mira-  
bilia de lege sua: auertat ab eis  
omnes contrarias potestates: e-  
ripiat eos ab omni formidine,  
& ab omni perturbatione, ac sanos  
in hoc tabernaculo custodire di-  
gnetur Qui cum Patre & Spiritu  
sancto uiuit & regnat Deus in sæ-  
cula sæculorum. Amen.

Oremus.

**E**Xaudi nos, Domine sancte,  
Pater omnipotens, æterne  
Deus, & mittere digneris sanctum  
Angelum tuum de cælis, qui  
custodiat, foueat, protegat, uisitet,  
atque

atque defendat, omnes habitantes  
in hoc habitaculo. Per Christum  
Dominum nostrum. Amen.

Quæ Orationes, si tempus non  
patiatur, ex parte, vel intotum po-  
terunt omitti. Tum demore facta  
Confessione generali, Latino vel  
vulgari sermone, Sacerdos dicat:  
Misereatur tui, &c. Indulgentiã &c.

Antequam Parochus incipiat  
vngere infirmum, moneat adstātes,  
vt pro illo orent, & vbi commodū  
fuerit pro loco & tempore, & adstā-  
tium numero vel qualitate, recitēt  
septem Psalmos Pœnitentiales, cum  
Litanijs, vel alias Preces, dum ipse  
Vnctionis Sacramentum administrat.  
Mox dicat:

**I**N nomine Patris ✠, & Filij ✠, &  
Spiritus ✠ sancti, extinguatur in  
te omnis virtus diaboli per imposi-  
tionē

cationem manuum nostrarum, ~~per~~  
& per inuocationem omniū san-  
ctorum Angelorum, Archangelorū,  
Patriarcharum, Prophetarum, ~~et~~  
Apostolorum, Martyrum, Confe-  
ssorum, Virginum, atque omniū  
simul Sanctorum. Amen.

Deinde intincto pollice in O-  
leo sancto in modum Crucis vn-  
git infirmum in partibus hīc sub-  
scriptis, aptando proprio loco ver-  
ba formæ in hunc modum.

Ad oculos.

**P**ER istam sanctam Vnctionē ✠  
& suam piissimam misericor-  
diam, indulgeat tibi Dominus  
quid quid per visum deliquisti.  
Amen.

Minister verò si est in Sacris,  
vel ipsemet Sacerdos post quam-  
libet Vnctionem tergat loca iniecta

NOUO



nouo globulo bombacij, vel rei simi-  
milis, eaque in vase mundo reponat,  
& ad Ecclesiam postea deferat, co-  
moueat, cineresque proiciat in  
Sacrarium.

### Ad aures.

Per istam sanctam Vnctionem ✠  
& suam piissimam misericordiam,  
indulgeat tibi Dominus quidquid  
per auditum deliquisti. Amen.

### Ad nares.

Per istam sanctam Vnctionē ✠  
& suam piissimam misericordiam,  
indulgeat tibi Dominus quidquid  
per odoratum deliquisti. Amen.

### Ad os, compressis labijs.

Per istam sanctam Vnctionem ✠  
& suam piissimam misericordiam,  
indulgeat tibi Dominus quidquid  
per gustum & locutionem deli-  
quisti

quisti Amen.

*Ad manus.*

Per istam sanctam Vnctionē ✠  
& suam piissimam misericordiā,  
indulgeat tibi Dominus quid  
quid per tactum deliquisti. Amē.

*Et aduerte, quòd Sacerdotib.⁹,  
vt dictum est, manus non inun-  
guntur interiùs, sed exteriùs.*

*Ad pedes*

Per istam sanctam Vnctionē ✠  
& suam piissimam misericordiam,  
indulgeat tibi Dominus quidquid  
per gressum deliquisti. Amen.

*Ad lumbos, siue renes.*

Per istam sanctam Vnctionem ✠  
& suam piissimam misericordiam,  
indulgeat tibi Dominus quidquid  
per lumborum delectationem  
deliquisti. Amen.

*Hæc*

Hæc autem unctio ad lumbos, ut dictum est, omittitur semper in feminis, & etiam in viris, qui ob infirmitatem vix, aut sine periculo moueri non possunt.

Quibus omnibus peractis, Sacerdos dicit:

Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison. Pater noster, &c. Et ne nos inducas in tentationem. *℣.* Sed libera nos à malo. *℣.* Saluum fac seruum tuum. *℣.* Deus meus sperantem in te. *℣.* Mitte ei Domine auxilium de sancto. *℣.* Et de Sion tuere eum. *℣.* Esto ei Domine turris fortitudinis. *℣.* A facie inimici. *℣.* Nihil proficiat inimicus in eo. *℣.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *℣.* Domine exaudi orationem meam. *℣.* Et clamor

clamor meus ad te veniat. *℣.* Do-  
minus vobiscum. *℟.* Et cum spi-  
ritu tuo.

*Oremus.*

**D**omine Deus, qui per Apof-  
tolum tuum Iacobum lo-  
cutus es Infirmatur quis in-  
vobis? inducat presbyteros Ec-  
clesiæ, & orent super eum, vn-  
gentes eum Oleo in nomine Do-  
mini, & oratio fidei saluabit in-  
firmum, & alleuiabit eum Do-  
minus, & si in peccatis sit, remi-  
ttentur ei: cura, quæsumus, Re-  
demptor noster, gratia sancti Spi-  
ritus languores istius infirmi,  
eiusque sana vulnera, & dimitte  
peccata, atque dolores cunctos  
mentis & corporis ab eo expelle,  
plenamque interius & exterius  
sanitatem

sanitatem misericorditer redde ,  
vt ope misericordiæ tuæ restitutus,  
ad pristina reparetur officia.  
Qui cum Patre & Spiritu sancto  
viuis & regnas Deus in sæcula sæ-  
culorum. Amen.

Oremus.

**R**Espice , quæsumus Domine,  
famulum tuum **N.** infirmi-  
tate sui corporis fatiscentem, &  
animam refoue , quam crasti: vt  
castigationibus emendatus, se tua  
sentiatur medicina saluatum. Per  
Christum Dominum nostrum.  
Amen.

Oremus.

**D**omine sancte, Pater omnipo-  
tens, æterne Deus, qui bene-  
dictionis tuæ gratiam ægris in-  
fundendo corporibus, facturam  
tuam.

tuam multiplici pietate custodis:  
ad inuocationem tui nominis  
benignus assiste, vt famulum  
tuum ab ægritudine liberatum,  
& sanitate donatum, dextera tua  
erigas, virtute confirmes, potesta-  
te tuearis, atque Ecclesiæ tuæ  
sanctæ, cum omni desiderata pro-  
speritate restituas. Per Christum  
Dñm nostrum. Amen.

Ad extremum, pro personæ  
qualitate, salutaria monita breui-  
ter præbere poterit, quibus in-  
firmus ad moriendum in Domi-  
no confirmetur, & ad fugandas  
dæmonum tentationes roboro-  
tur.

Denique Aquam benedictā,  
& Crucem, nisi aliam habeat,  
coram eo relinquet, vt illam  
frequenter

frequenter aspiciat, & pro sua deuotione osculetur & amplectatur.

Admoneat etiam domesticos & ministros infirmi, vt si morbus ingrauescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsū Parochum accersant, vt morientem adiuuet, eiusque animam Deo commendet: sed si mors imminet, priusquam discedat, Sacerdos animam Deo ritè commendabit

Quæ autem pertinent ad visitationem curamque infirmorum, & ad iuuandos morientes, ad commendationem animæ, & ad exequias, infra suis locis præscribuntur

## Ritus celebrandi Matrimonij Sacramentum.

**P** Arochus igitur matrimonium celebraturus, publicationibus factis tribus diebus testis, ut dictum est, si nullum obstat legitimum impedimentum, in Ecclesia superpelliceo & alba stola indutus, adhibito vno saltem Clerico superpelliceo pariter induto, qui librum & vas Aquæ benedictæ cum aspersorio deferat, coram tribus aut duobus testibus, virum & mulierem, quos parentum vel propinquorum suorum, præsentia cōhonestati decet, de consensu in matrimonium interroget vtrumque sigillatim in hunc modum vulgari sermone.

Alos



*Sehan*

Alos que De Casar Seles Dirá  
Ala puerta Dela Iglesia.

**P**Eyogueruimaraco curi, Cheraí.  
recta, quie Túpâope, pabê rem.  
biecharamo, omenda potabaerâmâ,  
mendahabarigua. Sacrameto mârâ-  
ngâtu, poruhâguâmarirano **N.** y  
Iesu Christo tecatuaí, remimoñaguê  
etenângâ, haèniâ ybîpeguecoângâ  
ramo Aracae mbiâpâbê raíhupape,  
yporiahuberecohaperâno, toñembo-  
etaeta guecobiarâmi, tomoñemoña  
ângâ oiabo Emona abeteraco, to-  
ioaíhucatu, co Sacramento mârâ-  
ngâtu porubo, oioguerocuparâno,  
gueco catupírî rârupiñote catu, to-  
ioguereco, oñoê cõtêbê haba mboa-  
yebo, añanga agui aberâno oñepihî  
rômo, oiohugui opoi potareí ngâtu  
renoína coíte; cobaè raco, penembi-  
guaa caturâmâ pemendañano nde  
curi

curi Cotenipopeanambeteari, pe-  
mendaẽĩ hãguã pẽmbiguaarã mã  
aberãno

**Pregunta ala Muger.**

**N** Ereipotapico **N** ndemende-  
terãmo sancta Madre Igleſia te-  
comõña ngabarupi, tapiari guãrã  
mã nderemimbotararupicatu. **R.**

Aipota.

**P.** Ereipĩcipico ndemendeterã  
mo **R.** Aypĩcĩ.

**P.** Ereñe meẽ pãngã hembirecoete-  
rãmo y chupe **R.** Añe meẽ y chupe.

**Aluaron**

**N.** Ereipotapico **N.** nderembire-  
coeterãmo sancta Madre Igleſia  
tecomõña ngabarupi, tapiariguãrã  
mã, nderemimbotararupicatu? **R.**

Aypota.

**P.** Ereipĩcipico nderembirecoete-  
rãmo? **R.** Aypĩcĩ.

**P**

†  
probatifunt argento. **G**loria  
Patri &c. **K**yrie eleison **C**hri-  
ste eleison **K**yrie eleison. **P**ater  
noster &c. **℟**. Et ne nos inducas  
intentationem. **℣** Sed libera  
nos a malo. **℟** Saluos fac seruos  
tuos. **D**eus meus &c. **℟**. Domi-  
ne exaudi orationem meam. **℣**  
Et clamor meus ad te veniat. **℟**.  
**D**ominus vobiscum. **℣**. Et cum  
spiritu tuo

**O**remus.

**D**Eus Abraham, Deus Isaac,  
Deus Iacob bene dic con-  
iuges istos, & semina semen vitæ  
in mentibus eorum; vt quidquid  
maiestati tuæ gratum esse intel-  
lexerint opere compleant. Per  
Christum Dominum nostrum. **℣**.  
Amen.

Entralos en la Iglesia diciendo.  
**Beati**

**B**Eati omnes qui timent Dñm,\*  
qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia  
manducabis.\* beatus es, & benè  
tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans,\* in  
lateribus domus tuæ.

Fij tui sicut nouellæ oliuarum,\* in  
circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo,\* qui  
timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Siō.\*  
& videas bona Ierusalem omni-  
bus diebus vitæ tuæ

Et videas filios filiorum tuorū,\*  
pacem super Israel. Gloria Patri.

Llegando al Altar seponen de  
rodillas y el Sacerdote dice. Kyrie.  
eleison. Christe eleison. Kyrie e-  
leison. Pater noster. Et ne nos  
inducas in tetationem. Sed li-  
beranos

beranos amalo. *℟*. Domine exaudi  
orationem meam. *℣*. Et clamor  
meus ad te veniat. *℟*. Dominus  
vobiscum. *℣*. Et cum spiritu tuo

*Oremus.*

**B**enedicat Deus vestri oris elo-  
quia Amen. Cor vestrum cin-  
ceri amoris copulet nexu perpe-  
tuo Amen. Floreatis cum præ-  
sentium copiis fructificetis de-  
center in filiis gaudeatis peren-  
niter cum amicis Amen. Tri-  
buat vobis Dominus dona perē-  
nia parentibus & amicis fideliter  
dilatata, & cunctis gaudia sempi-  
terna. Amen.

*Oremus*

**B**enedicat vos Dominus cæle-  
stis gloriæ Rex omnium San-  
ctorum. Amen det que vobis suæ  
dilectionis dulcedinem, & sæculi  
presentis

presentis felicitate lætari. Amen  
Collato etiam gaudio filiorum,  
post diuturnum tempus confe-  
rat habitaculum cælestium man-  
sionum. Qui viuit & regnat De⁹  
in sæcula sæculorum. **Ꝟ. Amen.**

*Después de la Misa = Sicut tibi crado, non aperi, dicitur in q.  
sicut a p. m. dicitur e. e. e. e. e.*

## DE SECVNDIS NVPTIIS

Todo como en las primeras fuera  
de las Arras y las entra en la Iglesia  
diciendo el Psalmo. Beati omnes  
y oi en la Misa tu añadir nada  
y al fin de ella hincados de rodillas  
en la infimagrada dice el Sacerdo.  
te los siguiente.

Oremus.

**R**espice Domine super hanc  
coniunctionem tuam, & sicut  
misisti Angelum tuū Raphaellem  
pacificum Tobiaē, & Saraē filiaē  
Raguelis

Raguelis ita digneris Domine mittere benedictionem tuam super hos famulos tuos, vt in tua voluntate permanant, & in amore tuo viuant & senescant, & multiplicentur in longitudinem dierum: Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & Regnat &c.

**B**enedictio Dei Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ sancti descēdat super vos & maneat semper Amen.

**I**dicha vna breue exortacion los asperga con agua bendita y dice Ite in pace.

---

---

## Ordo commendationis animæ.

**P**arochus ad decedentis animæ commendationem accedens, Clericum.

ricum saltem vnum, si potest, secum habeat, qui deferat vasculum Aquæ benedictæ, superpelliccom & stolam violaceam, quibus ipse Sacerdos ante infirmi cubiculum indutus, locum ingrediens dicat: Pax huic domui & omnibus habitantibus in ea. Deinde aspergat ægrotum, lectum, & circumstantes Aqua benedicta, dicens: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, &c

Posteà Saluatoris nostri Crucifixi imaginem ægrotò osculandam præbeat, verbis efficacibus cum ad spem æternæ salutis erigens, ipsamque imaginem coram eo ponat, vt illam aspiciens salutis lux spem sumat.

Deinde accenta candela, genibus flexis cum omnibus circumstantibus



stantibus breues Litanijs deuotè  
recitet, in hunc modum.

**K** Yrie eleison  
**C**hriste eleison

Kyrie eleison

**S**ancta Maria, Ora pro eo

**O**mnes sancti Angeli & Archan-  
geli, Orate pro eo.

**S**ancte Abel, ora .

**O**mnis chorus iustorum, orate .

**S**ancte Abraham, ora .

**S**ancte Ioannes Baptista, ora .

**O**mnes sancti Patriarchæ & pro-  
phetæ, orate .

**S**ancte Petre, ora

**S**ancte Paule, ora .

**S**ancte Andrea, ora

**S**ancte Ioannes, ora .

**O**mnes sancti Apostoli & Euange-  
listæ, orate

**O**mnes sancti Discipuli Domini,  
orate .

orate.

**O**mnes sancti Innocentes, orate.

**S**ancte Stephane, ora

**S**ancte Laurenti, ora.

**O**mnes sancti Martyres, orate.

**S**ancte Silvester, ora

**S**ancte Gregori, ora

**S**ancte Augustine, ora-

**O**mnes sancti Pontifices & Confes-  
siones,

**S**ancte Benedicte, ora.

**S**ancte Francisce, ora.

**O**mnes sancti Monachi & Ere-  
mitæ,

**S**ancta Maria Magdalena, ora.

**S**ancta Lucia ora

**O**mnes sanctæ Virgines & Viduæ  
orate.

**O**mnes Sancti & Sanctæ Dei, In-  
tercedite pro eo.

**P**ropitius esto, Parce ei Domine  
Propit.

Propitius esto,	Libera eũ Domine	
Propitius esto		Lib.
Ab ira tua,		Lib.
Apericulo mortis,		Lib.
A mala morte,		Lib.
A pœnis inferni		Lib.
Ab omni malo		Lib.
A potestate diaboli		Lib.
Per natiuitatem tuam,		Lib.
Per crucem & passionem tuam,		Lib.
Per mortem & sepulturam tuã,		Lib.
Per gloriosã resurrectionẽ tuã,		Lib.
Per admirabilẽ ascensionẽ tuã,		Lib.
Per gratiã Spiritus sãcti paracliti,		Li.
Per diẽ iudicij,		Lib.
Peccatores,	Terogamus audiã.	Lib.
Vt ei parcas,	Te rogam.	
Kyrie eleison.		
Christe eleison.		
Kyrie eleison.		

Deinde cùm in agone sui exitus  
anima

anima anxietur, dicantur sequen-  
tes Orationes.

### Oratio.

**P**roficiscere anima Christiana  
de hoc mundo, in nomine Dei  
Patris omnipotentis, qui te crea-  
uit in nomine IESV Christi filij  
Dei viui, qui pro te passus est: in  
nomine Spiritus sancti, qui in te  
effusus est in nomine Angelorum  
& Archangelorum: in nomine  
Thronorum & Dominationum:  
in nomine Principatum & Pote-  
statum: in nomine Cherubim &  
Seraphim in nomine Patriarcha-  
rum & Prophetarum in nomine  
sanctorum Apostolorum & Euan-  
gelistarum: in nomine sanctorum  
Martyrum & Confessorum: in no-  
mine sanctorum Monachorum  
& Eremitarum: in nomine san-  
ctarū

ctarum Virginum, & omnium San-  
ctorum & Sanctarum Dei: hodie:  
sit in pace locus tuus, & habitatio  
tua in sancta Sion Per eundem  
Christum Dominum nostrum

℟. Amen.

*Oratio.*

**D**Eus misericors, Deus clemens,  
Deus, qui secundum multi-  
tudinem miserationum tuarum  
peccata pœnitentium deles, &  
præteritorum criminum culpas  
venia remissionis euacuas: respi-  
ce propitius super hunc famulū  
tuum **N.** & remissionem omniū  
peccatorum suorum tota cordis  
confessione poscentem deprecatus  
exaudi Renoua in eo, pijsime...  
Pater, quidquid terrena fragilita-  
te corruptum, vel quidquid diabo-  
lica fraude violatum est: & vni-  
tati corporis Ecclesiæ membrum  
redemp-

redemptionis annecte Misere  
Domine gemituum, misere la-  
crymarum eius: & non habentē  
fiduciam, nisi in tua misericor-  
dia, ad tuæ sacramentum recon-  
ciliationis admitte. Per Christū  
Dñm nostrum **B.** Amen.

**C**ommendo te omnipotenti  
Deo, charissime frater, & ei,  
cuius es creatura, committo: vt  
cū humanitatis debitum morte  
interueniente persolueris, ad a-  
uctorem tuum, qui te de limo  
terræ formauerat reuertaris. E-  
gredienti itaque animæ tuæ de  
corpore splendidus Angelorum  
cætus occurrat: iudex Apostolo-  
rum tibi ienatus adueniat: can-  
didatorum tibi Martyrum triū-  
phator exercitus obuiet: liliata  
rutilan.

rutilantium te Confessorum tur-  
ma circumdet iubilantium te  
Virginum chorus excipiat &  
beatæ quietis in sinu Patriarcha-  
rum te complexus astringat: mi-  
tis atque festiuus Christi IESV  
tibi aspectus appareat, qui te  
inter assistentes sibi iugiter in-  
teresse decernat Ignorēs omne  
quod horret in tenebris, quod  
stridet in flāmis, quod cruciat in  
tormentis Cedat tibi teterrimus  
satanas cum satellitibus suis: in-  
aduentu tuo te comitantibus An-  
gelis contremiscat, atque in æter-  
næ noctis chaos immane diffu-  
giat Exurgat Deus, & dissipentur  
inimici eius: & fugiant qui ode-  
runt eum, à facie eius. Sicut de-  
ficit fumus, deficient: sicut fluit  
cera à facie ignis, sic pereant pec-  
catores

catores à facie Dei & iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei  
Confundantur igitur & erubeſcāt  
omnes tartareæ legiones, & ministri latanæ iter tuum impedire non audeant  
Liberet te à crucia tu Christus, qui pro te crucifixus est.  
Liberet te ab æterna morte Christus, qui pro te mori dignatus  
Constituatur te Christus filius Dei viui intra paradisi sui semper amœna virentia, & inter oues suas te verus ille Pastor agnoscat.  
Ille ab omnibus peccatis tuis te absoluat; atque ad dexteram suã in electorum suorum te sorte cõstituatur.  
Redemptorem tuum facie ad faciem videas, & præſens semper assuetus, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem.  
Constitutus igitur inter agmina beatorũ  
beatorũ



beatorum , contemplationis diuinae dulcedine potiaris in sæcula sæculorum. **℟.** Amen.

### **Oratio.**

**S**uscipe Domine seruum tuum in locum sperandæ <sup>sibi</sup> saluationis à misericordia tua. **℟.** Amen.

**L**ibera Domine animam serui tui ex omnibus periculis inferni , & de laqueis pœnarum & ex omnibus tribulationibus. **℟.** Amen

**L**ibera Domine animam serui tui, sicut liberaſti Enoch & Eliam de communi morte mundi. **℟.** Amē.

**L**ibera Domine animam serui tui, sicut liberaſti Noë de diluuiio **℟.** Amen.

**L**ibera Domine animam serui tui, sicut liberaſti Abraham de Vr Chaldeorum. **℟.** Amen.

**Libera**

**L**ibera Domine animam serui tui,  
sicut liberaisti Iob de passioni -  
bus suis. **R.** Amen.

**L**ibera Domine animam serui tui,  
sicut liberaisti Isaac de hostia, &  
de manu patris tui Abrahæ.  
**R.** Amen.

**L**ibera Domine animam serui tui,  
sicut liberaisti Lot de Sodomis,  
& de flamma ignis. **R.** Amen.

**L**ibera Domine animam serui tui,  
sicut liberaisti Moysen de manu  
Pharaonis regis Ægyptiorum.  
**R.** Amen.

**L**ibera Domine animam serui tui,  
sicut liberaisti Danielelem de la cu  
leonum. **R.** Amen.

**L**ibera Domine animam serui tui,  
sicut liberaisti tres pueros de ca -  
mino ignis ardentis, & de ma -  
nu regis iniqui. **R.** Amen.

Libera -

**L**ibera Domine animam serui tui ,  
sicut liberaſti-Sufannam de falso cri-  
mine. **℟.** Amen.

**L**ibera Domine animam serui tui ,  
sicut liberaſti David de manu regis  
Saul, & de manu Goliæ. **℟.** Amē.

**L**ibera Domine animam serui tui,  
sicut liberaſti Petrum & Paulum  
de carceribus. **℟.** Amen.

**E**t ſicut beatiffimam Theclam vir-  
ginem & martyrem tuam de tribus  
atroſiffimis tormentis liberaſti , ſic  
liberare digneris animam huius  
serui tui, & tecum facias in bonis  
congaudere cæleſtibus. Amen.

### **Oratio.**

**C**ommendamus tibi Domine ani-  
mam famuli tui **N.** precamur  
que te Domine **IESV** Chriſte, ſal-  
uator mundi, vt propter quam ad  
terram miſericorditer deſcendiſti,  
Patriar—

Patriarcharum tuorum sinibus  
insinuare non renuas Agnosce  
Domine creaturam tuam, non à  
dijs alienis creatam, sed à te solo  
Deo viuo & vero. quia non est  
alius Deus præter te, & non est  
secundùm opera tua, ~~beneficentia~~  
**memor** animam eius in conspectu  
tuo, & ne memineris iniquitatum  
eius antiquarum, & ebrietatum,  
quas suscitauit furor, siue feruor  
mali desiderij Licet peccauerit,  
tamen Patrem & Filium, & Spi-  
ritum sanctum non negauit sed  
credidit, & zelum Dei in se ha-  
buit, & Deum, qui fecit omnia,  
fideliter adorauit.

### Oratio.

**D**elicta iuuentutis, ignoran-  
tias eius, quaesumus, ne me-  
mineris Domine, sed secundùm  
magnam

magnam misericordiam tuam  
memor esto illius in gloria cla-  
ritatis tuæ. Aperiantur ei cæli,  
colletentur illi Angeli. In reg-  
num tuum Domine seruum tuū  
suscipe. Suscipiat eum sanctus  
~~Michael~~ Archangelus Dei qui mi-  
litiæ cælestis meruit principatum.  
Veniant illi obuiam sancti An-  
geli Dei, & perducant eum in ci-  
uitatem cælestem Ierusalem. Sus-  
cipiat eum beatus Petrus Apосто-  
lus, cui à Deo claues regni cælestis  
traditæ sunt. Adiuuet eum san-  
ctus Paulus Apóstolus, qui dig-  
nus fuit esse vas electionis. Inter-  
cedat pro eo sanctus Ioannes  
electus Dei Apóstolus, cui reue-  
lata sunt secreta cælestia. Orent  
pro eo omnes sancti Apóstoli,  
quibus à Domino data est pote-  
tas

itas ligandi atque soluendi . Intercedant pro eo omnes Sancti & electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc sæculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni cælestis : præstante Domino nostro IESU Christo : Qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. *R.* Amen.

*Si verò diutius laborat anima, poterit legi super eum hoc Evangelium sancti Ioannis.*

*Ioann. 17*

**S**Vbleuatis oculis in cælum Iesus dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te . Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam

Hæc

Hæc est autem vita æterna : vt  
cognoscant te, solum Deū verum,  
& quem misisti IESVM Christū.  
Ego te clarificaui super terram :  
opus consummaui, quod dedisti  
mihi, vt faciam Et nunc clari-  
fica metu Pater apud te ipsum,  
claritate quam habui, priusquam  
mundus esset, apud te. Manifesta-  
ui nomen tuum hominibus, quos  
dedisti mihi de mundo Tui erant,  
& mihi eos dedisti : & sermonem  
tuum seruauerunt. Nunc cognoue-  
runt, quia omnia quæ dedisti mihi,  
abs te sunt : quia verba quæ dedisti  
mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt :  
& cognouerunt verè, quia à te  
exiui : & crediderunt, quia tu me  
misisti Ego pro eis rogo. Non  
pro mundo rogo, sed pro his, quos  
dedisti.

dedisti mihi: quia tui sunt Et  
mea omnia, tua sunt: & tua, mea  
sunt & clarificatus sum in eis  
Et iam non sum in mundo: &  
hi in mundo sunt: & ego ad te  
venio. Pater sancte, serua eos in  
nomine tuo, quos dedisti mihi:  
vt sint vnum, sicut & nos. Cum  
essem cum eis, ego ser<sup>u</sup>abam eos in  
nomine tuo Quos dedisti mihi,  
custodiui & nemo ex eis perijt,  
nisi filius perditionis vt Scriptu-  
ra impleatur Nunc autem ad te  
venio, & hæc loquor in mundo,  
vt habeant gaudium meum im-  
pletum in semetipsis. Ego dedi  
eis sermonem tuum, & mundus  
eos odio habuit, quia non sunt  
de mundo, sicut & ego non sum  
de mundo Non rogo vt tollas eos  
de mūdo



de mundo, sed vt serues eos à malo.  
De mundo non sunt, sicut & ego  
non sum de mundo Sanctifica  
eos in veritate Sermo tuus veri-  
tas est Sicut tu me misisti in  
mundum, & ego misi eos in mū-  
dum. Et pro eis ego sanctifico me  
ipsum vt sint & ipsi sanctifica-  
ti in veritate Non pro eis au-  
tem rogo tantum, sed & pro eis,  
qui credituri sunt per verbum eo-  
rum in me: vt omnes vnum sint,  
sicut tu Pater in me, & ego in te,  
vt & ipsi in nobis vnum sint:  
vt credat mundus, quia tu me  
misti Et ego claritatem, quam  
dedisti mihi, dedi eis: vt sint v-  
num, sicut & nos vnum sumus  
Ego in eis, & tu in me: vt sint cō-  
summata in vnum: & cognoscat  
mundus quia tu me misisti, &  
dilexisti

dilexisti eos, sicut & me dilexisti.  
Pater, quos dedisti mihi, volo ut  
ubi sum ego, & illi sint mecum:  
ut videant claritatem meam, quam  
dedisti mihi: quia dilexisti me  
ante constitutionem mundi. Pa-  
ter iuste, mundus te non cogno-  
uit. Ego autem te cognoui: &  
hi cognouerunt, quia tu me mi-  
sisti. Et notum feci eis nomen  
tuum, & notum faciam: ut di-  
lectio, qua dilexisti me, in ipsis  
sit, & ego in ipsis.

Oratio ad Dominum IESUM  
Christum de singulis articulis Pas-  
sionis eius, dicenda à moriente, vel  
ab alio pro eo. ✠ Adoramus te  
Christe, & benedicimus tibi.  
Quia per sanctam Crucem tuam  
redemisti mundum.

Deus,

**D**Eus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circūcidi, à Iudæis reprobari, à Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari; sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri; à falsis testibus accusari, flagellis & opprobrijs vexari, sputis conspuui, spinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti facie velari, & vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce leuari, inter latrones deputari, felle & aceto potari, & lancea vulnerari: Tu Domine per has sanctissimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo & per sanctam crucem & mortem tuam libera me [ *vel si alius dicit pro eo libera famulū tuum*

tuum **N**] à pœnis inferni, & per-  
ducere digneris, quò perduxisti  
latronem tecum crucifixum  
Qui cum Patre & Spiritu sancto  
viuis & regnas in sæcula sæculo-  
rum Amen.

Dici prætereà possunt sequen-  
tes Psalmi. Confitemini Domi-  
no &c. Beati immaculati in via  
&c. Retribue seruo tuo, &c.

Tres piæ & vtiles morienti-  
bus Orationes, cum tribus Pa-  
ter noster & tribus Aue Maria,  
in agone mortis recitandæ Pri-  
mò dicitur Kyrie eleison. Chri-  
ste eleison. Kyrie eleison. Pater  
noster Aue Maria.

#### Oratio.

**D**omine Iesu Christe, per-  
tuam sanctissimam agoniã,  
& orationem qua orasti pro  
nobis

nobis in monte Oleueti, quando factus est sudor tuus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram : obsecro te, vt multitudinem sudoris tui sanguinei, quem præ timoris angustia copiosissimè pro nobis effudisti, offerre & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti cōtra multitudinem omnium peccatorum huius famuli tui **N.** & libera eum in hac hora mortis suæ ab omnibus pœnis & angustis, quas pro peccatis suis se timere meruisse Qui cum Patre & Spiritu sancto viuis regnas Deus in sæcula sæculorum. **ꝫ.** Amen. **Secundò dicitur: Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Aue Maria.**

**Oratio**

**Domine**

**D**omine Iesu Christe , qui pro nobis mori dignatus es in cruce , obsecro te , vt omnes amaritudines passionum & pœnarum tuarum , quas pro nobis miseris peccatoribus iustinuisti in cruce , maximè in illa hora quando sanctissima anima tua egressa est de sanctissimo corpore tuo , offerre & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima huius famuli tui **N.** & libera eum in hac hora mortis ab omnibus pœnis & passionibus , quas pro peccatis suis ietimet meruisse . Qui cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus in læcula læculorum . **ꝛ.** Amen . **Ter**tiò dicitur **Kyrie eleison . Chri**ste eleison . **Kyrie eleison . Pater** noster .

noster *Aue Maria.*

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe, qui per  
os Prophetæ dixisti, Incha-  
ritate perpetua dilexi te, ideò  
atraxi te miserans : obsecro te,  
vteamdem charitatem tuam,  
quæ te de cælis in terram ad to-  
lerandas omnium passionum  
tuarum amaritudines atraxit, of-  
ferre & ostendere digneris Deo  
Patri omnipotenti pro anima  
huius famuli tui **N.** & libera e-  
um ab omnibus passionibus &  
pœnis, quas pro peccatis suis  
timet se meruisse Et salva ani-  
mam eius in hac hora exitus  
sui Aperi ei ianuam vitæ, &  
fac eum gaudere cum Sanctis  
tuis in gloria æterna Et tu piis-  
sime Domine Iesu Christe, qui  
redemisti

redemisti nos pretiosissimo San-  
guine tuo, miserere animæ hu-  
ius famulitui, & eam introdu-  
cere digneris ad semper virentia  
& amœna loca Paradisi, vt viuat  
tibi amore indiuisibili, qui à te,  
& ab electis tuis nunquam se-  
parari potest Qui cum Patre  
& Spiritu sancto vnus & reg-  
nas Deus in sæcula sæculorum.

R. Amen.

### In expiratione

**C**um verò tempus expiran-  
di inforterit, tunc maximè  
ab omnibus circumstantibus re-  
xiis genibus vehementer orationi  
instandum est Ipse verò moriẽs,  
si potest, dicat, vel si non potest,  
assistens, Siue Sacerdos pro eo  
clara voce pronuntiet: **IESV, IESV,  
IESV** Quod, & ea quæ sequuntur,

ad



ad illius aures, si videbitur, etiam  
sæpius repetat. In manus tuas Do-  
mine commendo spiritum meum  
Domine Iesu Christe suscipe spi-  
ritum meum Sancta Maria ora  
pro me . Maria mater gratiæ, ma-  
ter misericordiæ, tu me ab hoste  
protege, & hora mortis suscipe.

Tunc ubi viget pia consuetu-  
do, pulsetur campana parochialis  
Ecclesiæ aliquibus ictibus, ad sig-  
nificandum fidelibus in vrbe, vel  
loco, aut extrà in suburbanis exi-  
tentibus instantem mortem ex-  
pirantis ægroti, vt pro eo Deum  
rogare possint.

Egressa anima de corpore, sta-  
tim dicatur hoc ꝫ. Subuenite  
Sancti Dei, occurrite Angeli Domi-  
ni, Suscipientes animam eius,  
Offerentes eam in conspectu Al-  
tissimi.

tissimi .*v*. Suscipiat te Christus  
qui vocauit te, & in sinum Abra  
hæ Angeli deducant te .*R*. Suscipi  
entes animam eius, Offerentes e  
am in conspectu Altissimi .*v* Re  
quiem æternam dona ei Domine,  
& lux perpetua luceat ei. Offerē  
tes eam in conspectu Altissimi.  
*Kyrie eleison. Chrste eleison. Kyrie*  
*eleison. Pater noster. v* Et ne uos  
inducas in tētationem .*R*. Sed li  
bera uos à malo .*v*. Requiem æter  
nam dona ei Domine .*R*. Et lux  
perpetua luceat ei .*v* A porta in  
feri .*R*. Erue Domine animam e  
ius .*v*. Requiescat in pace .*R* A  
men .*v*. Domine exaudi oratio  
nem meā .*R*. Et clamor &c .*v*. Domi  
nus uobiscum .*R*. Et cum &c. *Orem⁹*

**T**ibi Domine commendamus  
animam famuli tui **N**, ut de  
functus

functus sæculo tibi uiuat, & quæ  
per fragilitatem humanæ conuer-  
sationis peccata commisit, tu ve-  
nia misericordissimæ pietatis  
absterge Per Christum Domi-  
num nostrum.

---

---

## EXEQVIARVM

### OR DO

Parochus verò, antequam cada-  
uer efferatur, illud aspergit Aqua  
benedicta. mox dicit Antiphonã,  
Si iniquitates obseruaueris. & Psal-  
mum, De profundis clamaui ad  
te Domine, &c. in fine, Requiem  
æternam dona ei Domine, & lux  
perpetua luceat ei repetit Anti-  
phonam totam, Si iniquitates, &c.  
Deinde cadauer efferitur, Parochus  
que

que de domo procedens statim  
gravi voce intonat Antiphonam,  
Exultabunt Domino ; & Cantores  
inchoant Psalmum Misere  
mei Deus secundum magnã, &c.  
Clero alternatim profequente ; ac  
si longitudo itineris potuerit,  
dicantur alij Psalmi ex offi-  
cio mortuorum : & in fine cu-  
iusque Psalmi dicitur, Requiem  
æternam dona ei Domine, &c. qui  
Psalmi deuotè, distinctè, grauique  
voce recitari debent vsque ad  
Ecclesiam.

Ad ingressum Ecclesiæ repe-  
titur Antiph. Exultabunt, <sup>Domino</sup> omnia  
humiliata. Deinde Ecclesiam  
ingressi, cantant Resp. Cantore  
incipiente, & Clero alter-  
natim respondente, vide-  
licet

Subueni.

**S**Vbuenite Sancti Dei, occurrite  
Angeli Domini, Suscipientes a-  
nimam eius, Offerentes eam in  
conspectu Altissimi. *✠*. Suscipiat  
te Christus qui vocauit te : & in  
sinum Abrahamæ Angeli deducante.  
Suscipientes. *✠*. Requiem æternam  
dona ei Domine. *✠* Et lux perpe-  
tua luceat ei Offerentes.

Deposito feretro in medio Ec-  
clesiæ, ita vt defuncti pedes, si  
tuerit laicus, sint versus altare ma-  
ius, si verò fuerit Sacerdos, vt di-  
ctum est, caput sit versus ipsum al-  
tare, & cereis accensis circa corpus,  
statim, nisi quid impediât, vt in-  
frà monebitur, dicatur Officium  
mortuorum, cum tribus Nocturnis,  
& Laudibus, vt infrà ponitur ; &  
duo ex Clero incipiât absoluerè  
Inuitatorium, Regem, cui om-  
nia

nia viuunt, Venite adoremus,  
& repetitur à Clero, Regem, cui  
omnia viuunt, &c. Psalm. Veni-  
te, exultemus, &c. & duplicantur  
Antiphonæ.

Ad finem Officij post Anti-  
phonam Cantici Benedictus, &c.  
Ego sum resurrectio, dicitur. Pa-  
ter noster secretò .x. Et ne nos  
inducas in tentationem. .ij. Sed  
libera nos à malo .x. A porta in-  
feri. .ij. Erue Domine animam e-  
ius. .x. Requiescat in pace. .ij. A-  
men .x. Domine exaudi oratio-  
nem meam .ij. Et clamor meus  
ad te veniat. .x. Dominus vobiscū  
.ij. Et cum spiritu tuo.

Oremus. oratio.

**A**bsolue, quæsumus Domine,  
animam famuli tui ab om-  
ni vinculo delictorum, vt in re-  
surrectio-

surrectionis gloria inter Sanctos & electos tuos resuscitatus respiret Per Christum Dominum nostrum. & Amen.

Dum in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum ministris paratur ad celebrandam Missam solemne pro defuncto, si tempus congruens fuerit, ut in die depositionis in Missali Romano.

Finita Missa, Sacerdos, depolita casula, seu planeta, & manipulo, accipit pluuiiale nigri coloris; & Subdiaconus accipit Crucem, & accedit ad feretrum, & se sistit ad caput defuncti cum Crucem medius inter duos Acolythos seu ceroferarios cum candelabris, & candelis accensis: & omnes alij de Clero veniunt ordinatim in gradu suo cum candelis accensis. & stant

stant in circuitu feretri : tum  
lequitur Sacerdos cum Diacono,  
& assistente, aliisque ministris, &  
facta reuerentia Altari, iurat se cō-  
tra Crucem ad pedes defuncti, re-  
tro stantibus ei à sinistris duobus  
Acolythis, uno cum thuribulo  
& nauicula incensii, altero cum  
vase Aquæ benedictæ & asperto-  
rio, & Acolythis seu Clerico tenen-  
te librum at solutè dicit sequen-  
tem Orationem.

**N**on intres in iudicium cum  
seruo tuo Domine, quia nul-  
lus apud te iustificabitur homo,  
nisi per te omnium peccatorum  
ei tribuatur remissio. Non ergo  
eum, quæsumus, tua iudicialis  
sententia premat, quem tibi vera  
supplicatio fidei Christianæ cō-  
mendat: sed gratia tua illi suc-  
curren-



currente, mereatur euadere iudici-  
um ultionis, qui dum viueret,  
insignitus est signaculo sanctæ  
Trinitatis, qui viuis & regnas in  
sæcula sæculorum. *R.* Amen.

Deinde Cantore incipiente, Cle-  
rus circumstans cantant sequens  
Responsorium.

**L**iberame Domine de morte æ-  
terna, indie illa tremēda. Quā-  
do cæli mouendi sunt & terra :  
**D**um veneris iudicare sæculum  
per ignem *℣*. Tremens factus  
sum ego, & timeo, dum discussio  
venerit, atque ventura ira. Quan-  
do cæli mouendi sunt, & terra  
*℣*. Dies illa, dies iræ, calamitatis  
& miserię, dies magna, & amarual-  
dè: **D**um veneris &c. *℣*. Requiem  
æternam dona ei Domine, & lux  
perpetua luceat ei. *℣*. Liberame.

**Dum**

Dum cantatur prædictum Reſponſorium, Sacerdos, Acolytho ſeu Diacono miniſtrante, accipit incenſum de nauicula, & ponit in thuribulũ, & finito Reſponſorio, Cantor cum primo Choro dicit:

Kyrie eleiſon. & ſecundus Chorus reſpondet: Chriſte eleiſon. Deinde omnes ſimul dicunt: Kyrie eleiſon.

Mox Sacerdos dicit alta voce: Pater noſter, &c. & ſecretò dicitur ab omnibus & ipſe interim accipit à Diacono vel Acolytho aſperſorium Aquæ benedictæ, & lacra profunda inclinatione Crucis, quæ eſt ex aduerſo, Diacono ſeu miniſtro genuflectente, & nubrias pluuiialis ſubleuante: circumiens feretrum (ſi tranſit ante Sacramentum genuflectit) aſpergit corpus defuncti

defuncti, deinde reuersus ad locū  
suum, Diacono ministrante, acci-  
pit thuribulum, & eodem modo  
circuit feretrum, & corpus incensat,  
vt asperferat. postea reddito thuri-  
bulo ei à quo acceperat, stans in  
loco suo, Acolytho seu alio mini-  
stro tenente librum apertum ante  
se, dicit: *V.* Et ne nos inducas intē-  
tationem. *R.* Sed libera nos à malo.  
*V.* A porta inferi. *R.* Erue Domine  
animam eius. *V.* Requiescat in pace  
*R.* Amen. *V.* Domine exaudi oratio-  
nem meam. *R.* Et clamor meus ad-  
te veniat. *V.* Dominus vobiscum  
*R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio

**D**Eus, cui proprium est misereri  
semper, & parcere: te supplices  
exoramus pro anima famuli tui **N**  
quam hodie de hoc sæculo migra-  
re

re iussisti vt non tradas eam in manus inimici, neque obliuiscaris in finem : sed iubeas eam à sanctis Angelis suscipi, & ad patriam Paradisi perduci : vt quia in te sperauit & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat Per Christum Dominum nostrum .R. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos in Oratione dicatur: pro anima famuli tui Sacerdotis, quam hodie, &c.

Finite Oratione, corpus deferatur ad sepulchrum, si tunc deferendum sit; & dum portatur, Clerici cantant Antiphonam.

**I**N paradisiū deducant te Angeli  
In tuo aduentu suscipiant te  
Martyres, & perducant te in ciuitatem sanctam Ierusalem Chorus  
Angelo

Angelorum te suscipiat, & cum Lazaro quondam paupere æternã habeas requiem.

Cùm autem peruenerit ad sepulchrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens hanc Orationem.

Oremus:

**D**Eus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere dignare, ei-que Angelum tuum sanctum deputa custodem, & quorum quarum-que corpora hîc sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolue vinculis delictorum, vt in te semper cum Sanctis tuis sine fine lætetur Per Christum Dominum nostrum. ✠. Amen.

Dicta Oratione, Sacerdos Aqua benedicta aspergat, deinde incenset

incenset corpus defuncti, & tumu-  
lum

Quòd si corpus tunc ad sepultu-  
ram non deferatur, omisso Respon-  
sorio, In Paradisum, &c. & benedi-  
ctione sepulchri, si iam est benedi-  
ctum, prosequatur Officium, vt in-  
fra quod numquam omittitur, &  
intonet Antiphonam, **E**go sum re-  
surrectio. & dicitur Cant. Bene-  
dictus

Et repetitur Antiph. Ego sum  
resurrectio & vita, qui credit in  
me, etiam si mortuus fuerit, viuet  
& omnis, qui viuit, & credit in me,  
non morietur in æternum.

Posteà Sacerdos dicit. Kyrie  
eleison. Christe eleison. Kyrie eleisõ.  
Pater noster. &c. interim corp<sup>9</sup>  
aspergit ✠ Et ne nos inducas  
in tentationem. ✠ Sed libera nos  
à malo.

à malo. *℣*. A porta inferi. *℟*. Erue  
Domine animam eius. *℣*. Requiescat  
in pace. *℟*. Amen. *℣* Domine  
exaudi orationem meam. *℟* Et  
clamor meus ad te veniat. *℣*. Do-  
minus vobiscum. *℟*. Et cum spi-  
ritu tuo.

### Oremus

**F**Ac, quæsumus, Domine, hanc  
cum seruo tuo defuncto [*vel*.  
famula tua defuncta] misericordiã,  
vt factorum suorum in pœnis  
non recipiat vicem, qui [*vel* quæ]  
tiam in votis tenuit voluntatem,  
vt sicut hîc eum [*vel* eam] vera  
fides iunxit fidelium turmis, ita  
illic eum [*vel* eam] tua miseratio  
societ Angelicis choris. Per Chri-  
stum Dominum nostrum *℟*. Amē.  
*℣*. Requiem æternam dona ei Do-  
mine.

mine. *R.* Et lux perpetua luceat ei.  
*x.* Requiescat in pace. *R.* Amen. *x.*  
Anima eius, & animæ omnium fi-  
delium defunctorum per misericor-  
diam Dei requiescāt in pace.

Deinde à sepultura in Ecclesiam,  
vel in Sacristiam reuertentes dicāt  
sine cantu *Anam.* Si iniquitates  
&c. cum Psalmo De profundis,  
&c. *Requiem æternam dona eis*  
*Domine, &c.*

---

---

## DE EXEQUIIS

### PARVULORVM

*Añã* Sit nomen Domini.

*Psalmus 112.*

**L**audate pueri Dominum: *⁊* lau-  
date nomen Domini.

*Sit*



Sit nomen Domini benedictum, \* ex  
hoc nunc & vsque in sæculum.

A solis ortu vsque ad occasum, \* lau-  
dabile nomen Domini.

Excelsus super omnes Gentes Domi-  
nus, \* & super cælos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster ,  
qui in altis habitat, \* & humilia  
respicit in cælo & in terra?

Suscitans à terra inopem, \* & de ster-  
core erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus , \*  
cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in-  
domo, \* matrem filiorum lætan-  
tem. Gloria Patri.

*Antiph.* Sit nomen Domini  
benedictum, ex hoc nunc, & vsque  
in sæculum.

Dum portatur ad Ecclesiam ,  
dicatur

dicatur Psalmus.

**B**EATI immaculati in via: \* qui  
ambulant in lege Domini.

**B**EATI qui scrutantur testimonia  
eius: \* in toto corde exquirunt:  
eum.

**N**ON enim qui operantur iniqui-  
tatem, \* in vijs eius ambulauerunt.

**T**U mandati, \* mandata tua cito  
diri nimis.

**V**TIAM dirigantur viae meae, \*  
ad custodiendas iustificationes tua.

**T**UNC non confundar, \* cum per-  
spexero in omnibus mādatis tuis.

**C**ONFITEBOR tibi in directione cor-  
dis: \* in eo quòd didici iudicia  
iustitiæ tuæ

iustificationes tuas custodiam: \*  
non me derelinquas usquequaque.

in quo corrigit adolescentior viam  
suam? \*

suam? \* in custodiendo sermones  
tuos.

In toto corde meo exquisiui te: \*  
ne repellas me à mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia  
tua: \* vt non peccem tibi.

Benedictus es Domine: \* doce me  
iustificationes tuas.

In labiis meis, \* pronuntiaui om  
nia iudicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum de  
lectatus sum, \* sicut in omnibus  
diuitiis

In mandatis tuis ex<sup>er</sup>cebor, : \* &  
considerabo vias tuas.

In iustificationibus tuis medita  
bor: \* non obliuiscar sermones  
tuos. Gloria Patri

Et si tempus superest ,  
dici potest

Psalms.

## Psalms 148

**L**audate Dominum de cælis \*  
Laudate eum in excelsis.

**L**audate eum omnes Angeli eius: \*  
laudate eum omnes virtutes eius.

**L**audate eum sol & luna. \* lauda-  
te eum omnes stellæ & lumen.

**L**audate eum cæli cælorum \* &  
aquæ omnes quæ super cælos sunt,  
laudent nomen Domini.

**Q**uia ipse dixit, & facta sunt: \* ip-  
se mandavit, & creata sunt.

**S**tatuuit ea in æternum, & in sæculū  
sæculi. \* preceptum posuit, &  
non preteribit.

**L**audate Dominum de terra: \* dra-  
cones, & omnes abyssi.

**I**gnis, grando, nix, glacies, spiritus  
procellarum: \* quæ faciunt ver-  
bum eius.

**M**ontes

**M**ontes, & omnes colles: \* ligna  
fructifera, & omnes cedri.

**B**estiae, & vniuersa pecora: \* serpē-  
tes, & volucres pennatae:

**R**eges terrae & omnes populi: \* prin-  
cipes, & omnes iudices terrae.

**I**uuenes, & virgines senes cum iu-  
nioribus laudent nomen Domini: \*  
quia exaltatum est nomen eius  
solius.

**C**onfessio eius super caelum & ter-  
ram. \* & exaltauit cornu populi  
sui.

**H**ymnus omnibus sanctis eius: \*  
filiis Israël, populo appropinquā-  
ti sibi. **Psalmus 149.**

**C**antate Domino canticum no-  
uum: \* laus eius in ecclesia  
sanctorum.

**L**aetetur Israël in eo, qui fecit  
eum: \*

eum: \* & filij Sion exultent in rege suo.

**L**audent nomen eius in choro: \* in tympano, & psalterio psallant ei.

**Q**uia beneplacitum est Dño in populo suo: \* & exaltabit mansuetos in salutem.

**E**xultabunt sancti in gloria: \* lætabuntur in cubilibus suis.

**F**axaltationes Dei in gutture eorum: \* & gladij ancipites in manibus eorum.

**A**d faciendam vindictam in nationibus \* in crepationes in populis.

**A**d alligandos reges eorum in cõpedibus \* & nobiles eorum in manicis ferreis.

**V**t faciant in eis iudicium con-  
scriptum: \*

scriptum: \* gloria hæc est omni-  
bus sanctis eius.

**Psalms 150.**

**L**audate Dominum in sanctis eius.\*  
**L**audate eum in firmamento vir-  
tutis eius.

**L**audate eum in virtutibus eius: \*  
laudate eum secundum multitudi-  
nem magnitudinis eius.

**L**audate eum in sono tubæ: \* lau-  
date eum in psalterio, & cithara.

**L**audate eum in tympano, & choro: \*  
laudate eum in chordis, & organo.

**L**audate eum in cymbalis beneso-  
nantibus: laudate eum in cymbalis  
iubilationis: \* omnis spiritus lau-  
det Dominum. **G**loria Patri.

**C**um autem peruenerint ad Ec-  
clesiam dicatur. Antiph. Hic ac-  
cipiet

**Psalms 23.**

**D**omini est terra, & plenitudo eius: \* orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit: \* eum: \* & super flumina præparauit eum.

Quis ascendet in montem Dñi: \* aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus & mundo corde: \* qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: \* & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, \* quærentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales: \* & introibit



introibit Rex gloriæ.

**Q**uis est iste Rex gloriæ? \* Domi-  
nus fortis & potens, Dominus po-  
tens in prælio.

**A**t tollite portas principes vestras,  
& eleuamini portæ æternales : \*  
& introibit Rex gloriæ.

**Q**uis est iste Rex gloriæ? \* Domi-  
nus virtutum ipse est Rex glo-  
riæ. **G**loria Patri.

**Añã.** Hic accipiet benedictio-  
nem à Dño, & misericordiam à  
Deo salutari suo, quia hæc est ge-  
neratio quærentium Dñm.

**P**ostea dicitur, **K**yrie eleison.  
**C**hriste eleison. **K**yrie eleison. **P**a-  
ter noster. **secretò.** interim cor-  
pus aspergit **V** Et ne nos indu-  
cas intimationem. **R.** Sed libera-  
nos à malo. **V.** Me autem propter  
innocentiam suscepisti. **R.** Et cõ-  
firmastime in conspectu tuo in  
æternũ.

æternum. *℟* Dominus vobiscū. *℞*  
Et cum spiritu tuo.

*O*remus

**O**Mnipotens & mitissime Deus,  
qui omnibus paruulis rena-  
tis fonte Baptismatis dum mi-  
grant à sæculo, sine vllis eorum  
meritis vitam illicò largiris æ-  
ternam, sicut animæ huius par-  
uuli hodie credimus te fecisse:  
fac nos quæsumus Domine, per  
intercessionem beatæ Mariæ sē-  
per virginis, & omnium Sancto-  
rum tuorum hîc purificatis ti-  
bi mentibus tanulari, & in Para-  
diso cum beatis paruulis peren-  
niter sociari Per Christum Do-  
minum nostrum. *℞*. Amen.

Dum portatur ad tumulum,  
& etiam si tunc non portetur,  
dicitur. *Añã*. Iuvenes & virgin.  
*Psalms* Laudate Dominum  
de cælis,

de cælis ; &c. vt supra &  
in fine, Gloria Patri, &c. & repeti-  
tur Antiph. Iuuenes, & virgi-  
nes, senes cum iunioribus laudēt  
nomen Domini.

**K**yrie eleison. **C**hriste eleison.  
**K**yrie eleison. **P**ater noster. **℟** Et  
ne nos inducas in tentationem.  
**℞** Sed libera nos à malo. **℟** Sinite  
paruulos venire ad me. **℞** Talium  
est enim regnum cælorum. **℟** Do-  
minus vobiscum. **℞** Et cum spiri-  
tu tuo.

**O**remus.

**O**Mnipotens sempiterne Deus,  
sanctæ puritatis amator, qui  
animam huius paruuli ad cælo-  
rum regnum hodie misericordi-  
ter vocare dignatus es, digneris  
etiam Domine ita nobiscum mi-  
sericorditer agere, vt meritis tuæ  
sanctissimæ

sanctissimæ Passionis, & interces-  
sione beatæ Mariæ semper Vir-  
ginis, & omnium Sanctorum tu-  
orum in eodem regno nos cum  
omnibus Sanctis & electis  
tuis semper facias congaudere  
Qui viuis & regnas cum cū Deo  
Patre in vnitatem Spiritus sancti  
Deus, per omnia sæcula sæculorū.  
R. Amen.

Deinde Sacerdos corpus alper-  
gat Aqua benedicta, & thurifi-  
cet similiter, & tumultum, po-  
tècā sepeliatur.

Cum autem à sepultura reue-  
tuntur in Ecclesiam, dicatur An-  
tipl. Benedicite.

Canticum trium puerorum.

Dan. 3

Benedicite omnia opera Do-  
mini Domino &c.

Antiph.

*Antiph.* Benedicite Dominum  
omnes electi eius, agite dies læti-  
tiae, & confitemini illi

Deiude ante altare dicit Sa-  
cerdos, Dominus vobiscum. *℟.*  
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**D**Eus, qui miro ordine Ange-  
lorum ministeria, hominum  
que dispensas: concede propitius,  
ut à quibus tibi ministrantibus  
in cælo semper assistitur, ab his  
in terra vita nostra muniatur. Per  
Christum Dominum nostrum. *℟.*  
Amen.

Indie de positionis  
Defuncti  
Oratio.

**A**bsolue, quæsumus Domine,  
animam famuli tui **N.** [vel  
famulæ tuæ] vt defunctus [vel de  
functa] sæculo, tibi viuat: & quæ  
per fragilitatem carnis humana  
conseruatione commiſit, tu ve-  
niat misericordiſſimæ pietatis  
absterge Per Christum Dominũ  
nostrum. & Amen. **vel**

**D**eus, cui proprium est mitle-  
rerĩ ſemper, & parcere: te-  
ſupplices exoramus pro anima  
famuli tui **N.** [famulæ tuæ]  
quam hodie de hoc ſæculo mi-  
grare iuſſiſti vt non tradas eam  
in manus inimici, neque obli-  
uſcaris in finem ſed iubeas  
eam

eam sanctis Angelis suscipi, & ad patriam Paradisi perduci: ut quia in te speravit & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Christum Dñm nostrum. *✠*. Amen.

In die tertio, septimo, & trigesimo depositionis Defuncti,

### Oratio.

**Q**uæsumus Domine, ut animæ famuli tui *N.* [vel famulæ tuæ] cuius depositionis dem tertium, [vel septimum, vel trigesimum] commemoramus Sanctorum, atque electorum tuorum largiri digneris consortium & rorem misericordiae tuæ perennem infundas. Per Christum &c. *✠*. Amen.

In anniversario, Oratio.

**D**eus indulgentiarum Domine, da animæ famuli tui *N.* [vel famulæ

famulæ tuæ] vel animabus famulo-  
rum famularumque tuarum] cu-  
ius [vel quorum] anniuerſarium de-  
positionis diem commemoramus,  
refrigerij ſedem, quietis beatitu-  
dinem, & luminis claritatem. Per  
Chriſtum Dñm noſt. *ꝛ.* Amen.

*Alia Orationes diuerſæ pro de-*  
*functis*

*Pro Summo Pontifice de-*  
*functo, Oratio.*

**D**Eus, qui in ter ſummos Sa-  
cerdotes famulum tuum **N**  
ineſtãbili tua diſpoſitione conu-  
merari voluiſti. præta quæſumus,  
vt qui vnigeniti Filij tui vices  
in terris gerebat, ſanctorum tuo-  
Pontificum confortio perpetuo  
aggregetur Per eum dem Chri-  
ſtum Dñm. noſtrum. *ꝛ.* Amen.

*Pro defuncto Epifcopo,*  
*Oratio.*



## Oratio.

**D**Eus, qui inter Apostolicos  
Sacerdotes famulum tuum **N.**  
Pontificali fecisti dignitate vigere;  
præsta quæsumus, vt eorum quo-  
que perpetuo aggregetur confor-  
tio. Per Christum Dominum no-  
strum. **℟.** Amen.

Si fuerint plures, dicatur in  
numero plurali

Pro Episcopo Cardinali defū-  
cto dicatur: famulum tuum **N.**  
Episcopum Cardinalem Pontifi-  
cali fecisti dignitate, &c.

Pro Presbytero Cardinali dica-  
tur: famulum tuum **N.** Presbyte-  
rum Cardinalem Sacerdotali  
fecisti, &c.

Pro Diacono autem Cardina-  
li dicitur Oratio, Inclina Do-  
mine, quæ habetur paulò infra,  
hoc

hoc modo: Vt animam famuli  
tui **N.** Diaconi Cardinalis, quam  
de hoc sæculo, &c.

Pro defuncto Sacerdote,

Oratio

**D**Eus, qui inter Apostolicos  
Sacerdotes, famulū tuum **N.**  
Sacerdotali fecisti dignitate vi-  
gere, præsta quæsumus, vt eorum  
quoque perpetuo aggregetur cō-  
fortio

Vel Oratio.

**P**Ræta quæsumus Domine, vt  
anima famuli tui **N.** Sacerdotis,  
quem in hoc sæculo commorā-  
tem lacris muneribus decorasti,  
in cælesti sede gloriosa semper  
exultet. Per Christum Dominū  
nostrū.

Pro vno defuncto,

Oratio

Inclina

**I**Nclina Domine aurem tuam  
ad preces nostras, quibus mi-  
sericordiam tuam supplices de-  
precamur, vt animam famuli  
tui **N**quam de hoc sæculo migra-  
re iussisti, in pacis ac lucis regio-  
ne constituas, & Sanctorum tuo-  
rum iubeas esse consortem. Per  
Christum Dñm nost.<sup>m</sup> **ꝛ.** Amen.

**Pro via defuncta**

**Oratio.**

**Q**Væsumus Domine, pro tua  
pietate miserere animæ famu-  
læ tuæ **N.** & à contagiis mortali-  
tatis exutam, in æternæ saluatio-  
nis partem restitue Per Christum  
Dñm nostrum. **ꝛ.** Amen.

**Pro defunctis fratribus  
propinquis, & benefactoribus**

**Oratio**

**Deus**

**D**Eus veniæ largitor, & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, vt nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt; beata Maria semper Virgine intercedente cū omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas Per Christū Dñm nostrum. &. Amen.

Pro fidelibus defunctis generalis. Oratio.

**F**idelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quā semper optauerunt, piis supplicationibus consequantur Qui viuīs

&

& regnas in sæcula sæculorum

℞. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis  
Domine. ℞. Et lux perpetua luce-  
at eis. ℣. Requiescant in pace.

℞. Amen.

Ordo seruandus in proces-  
sionibus Generalibus, quæ  
sunt pro defunctis.

**Q**uando fit commemor. generalis  
pro defunctis, indie commemo-  
rationis omnium defunctorum fide-  
lium, & in feria secunda cuiuscunque  
Hæbdomadæ, extra tempus Paschale,  
& in primo die cuiuscunque mensis,  
vt habetur in Breuiario, dicta Missa  
pro defuncti, vt in Missali, fit proces-  
sio pro ipsis, hoc ordine Præcedit  
Acolithus cum vase aquæ benedictæ,  
Asperg.

Aspergens Ecclesiam, ubi sunt sepul-  
ræ. Sequitur subdiaconus cū Cru-  
ce, medius inter duos ceroferarios,  
cum Candelabris, & cereis acen-  
tis. Deinde clerus per ordinem:  
postea Diaconus cum libro ante  
pectus: ultimo celebrans cum plu-  
uiali nigro. Interim cantantur  
responsoria sequentia, omnia, aut  
tria, aut duo pro opportunitate  
temporis, ita quòd ultimo loco  
cantetur responsum *Libera*  
*me Domine.* cum sua oratione  
ut intrà.

In prima oratione.

*℣.* Credo quod Redemptor meus  
viuit, & in nouissimo die de terra  
surrecturus sum. Et in carne  
mea videbo Deum saluatore meum.  
*℟.* Quem uisurus sum ego ipse, &  
non alius, & oculi mei conspectu-  
ri sunt. Et in carne. *Kyrie eleisō.*  
Christe

Christe eleison. Kyrie eleison. Sacerdos dicit alta voce. Pater noster, Et accipiens de manu diaconi uas perforium, aspergit locum qui est ante ipsum. Deinde diacono tenente librum apertum, dicit. *v.* Et ne nos &c. *℟.* Sed libera. &c. *v.* A porta inferi *℟.* Erue Dñe &c.

### Oratio

**D**Eus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, *Seu.* Sacerdotali fecisti dignitate vigere. præsta quæsumus ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio Per Christum Dominum.

### In secunda statione

*℟.* Qui Lazarum resuscitasti à monumento foetidum **T**uis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ. *v.* Qui venturus  
turus

turus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Tu eis. **K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison **P**ater noſter. **c**um **x** ſolitis.

### **O**ratio

**D**Eus, veniæ largitor, & humane ſalûtis amator: quæſumu<sup>9</sup> clementiam tuam, vt noſtræ cõgregationis fratres propinquos & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper virgine intercedente, cū omnibus ſanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis confortium peruenire concedas. Per Chriſtũ Dñm. noſtrum.

### **I**n tertia ſtatione.

**R.** Domine quando veneris iudicare terram, vbime abſcondã à vultu iræ tuæ? **Q**uia peccaui  
nimis



nimis in vita mea .*v*. Comissa mea  
pauesco , & ante te erubescō: dū  
veneris iudicare, nolime con-  
demnare. *Quia. v* Requiem æ-  
ternam dona eis Domine: Et  
lux perpetua luceat eis *Quia*  
*Kyrie eleison. Christe eleison.*  
*Kyrie eleison. Pater noster. cum*  
*v. solius. Oratio.*

**D**Eus, qui nos patrem & matrē  
honorare præcepisti, misere-  
re clementer animabus patris &  
matris meæ; eorumque peccata  
dimitte meque eos in æternæ  
claritatis gaudio fac videre.  
Per Christū Dñm nostrū.

### *In quarta statione.*

*v*. Memento mei Deus, quia vē-  
tus est vita mea: *N*ec aspiciat me  
visus hominis .*v* De profun-  
dis clamaui ad te Domine, Do-  
mine

mine exaudi vocem meam. **N**ec  
aspiciat. **K**yrie eleisō. **C**hriste e-  
leison. **K**yrie eleison. **P**ater noster  
cum suis &

**O**ratio.

**A**bsolve quæsumus Domine  
animas famulorum famula-  
rumque tuarum ab omni vin-  
culo delictorum : vt in resurre-  
ctionis gloria inter sanctos &  
lectos tuos resuscitati respirent.  
Per Christum Dominum.

Hic dicantur cætera Respon-  
soria , si quæ dicenda sunt : Si  
turu ad cæmeterium , dicatur  
& , quod occurrit tuo ordine.

**O**ratio.

**D**Eus, cuius miseratione ani-  
mæ fidelium requiescunt :  
famulis & famulabus tuis , &  
omnibus hic , & vbiq̃ue in Chri-  
sto

sto quiescentibus, da propitius  
veniam peccatorum; ut à cun-  
ctis reatibus absoluti, tecum si-  
ne fine lætentur Per Christum  
Dominum.

**In vltima statione.**

**R.** Libera me Domine de vijs in-  
ferni, qui portas æreas confregi-  
sti, & visitasti infernum, & dedi-  
sti eis lumen, ut viderent te: Qui-  
erant in pœnis tenebrarum. **x.** Cla-  
mantes & dicentes, Aduenisti re-  
demptor noster **Qui erant x**  
Requiem æternam dona eis  
Domine, & lux perpetua luceat  
eis **Qui erant. Kyrie eleison**  
**Christe eleison. Kyrie eleison**  
cum versibus, &c.

**Oratio.**

**F**idelium, Deus omnium condi-  
tor, & redemptor animabus  
famulo

famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiã quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum **℞. Amen**

**Edicto. Requiem æternam. &  $\mathcal{A}$ . Requiescant in pace. reuertuntur ordine ad Sacristiam: In illa statione dicitur in die commemorationis omnium defunctorum.**

**℞. Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda. Quando cæli mouendi sunt & terra Dum veneris iudicare sæculum per ignem.  $\mathcal{A}$  Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira Quando Dies illa, dies iræ, calamitatis & miseriæ dies magna**

magna & amara valde. Dum ve-  
neris. *℟.* Requiem æternam do-  
na eis Domine & lux perpetua  
luceat eis. Libera me Domine  
Chyrie eleison. *Christe eleison*  
*Kyrie eleison. cum suis versibus*  
*& oratione.*

### *Oratio.*

**F**idelium, Deus omnium con-  
fidor, & redemptor animabus  
famulorum famularumque tua-  
rum remissionem cunctorum  
tribue peccatorum: vt indul-  
gentiam quam semper optaue-  
runt, pijs supplicationibus con-  
sequantur Qui viuis, & regnas  
in sæcula sæculorum. *℟.* Amen.

### *Responso.*

*℟.* Nerecorderis peccata mea  
Domine *Dum veneris iudicare*  
*sæculum per ignem. ℟.* Dirige  
Domine

Domine Deus meus in conspectu  
tuo viam meam. **D**um veneris  
**.x.** Requiem æternam dona eis  
Domine, & lux perpetua luceat  
eis. **D**um. **K**yrie eleison. **C**hriste  
eleison. **K**yrie eleison.

### **R**eiponfo.

**.y.** Peccantem me quotidie, &  
non me pœnitentem, timor mor-  
tis conturbat me: **Q**uia in inter-  
no nulla est redemptio, miserere  
mei Deus, & salua me. **.x.** Deus  
in nomine tuo saluum me fac, &  
in virtute tua libera me. **Q**uia  
**K**yrie eleison      **C**hriste eleison  
**K**yrie eleison

# EXORCISMVS

CONTRA

Inminentem Tempestatem fulgurum, Et Grandinis

**P**er signum \* crucis, de inimicis \* nostris libera nos \* Deus noster. In nomine Patris, \* & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Dicatur Symbolum fidei, scilicet Credo in Deum Patrem, &c. Deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster \* Adiutorium nostrum in nomine Domini. \* Qui fecit cælum & terram. \* Sit nomen Domini benedictum. \* Ex hoc nunc & vsque in sæculum. \* Exsurgat Deus, & dissipentur inimici eius. \* Et fugiant qui oderunt eum, à facie eius. \* Exurge Christe, adiuua nos. \* Et libera nos propter nomen tuum

tuum. *℟* Domine exaudi orationē  
meam. *℣* Et clamor meus ad te  
veniat. *℟* Dominus vobiscum. *℣*  
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

**D**omine Iesu Christe, qui fecisti  
cælum & terram, mare, & ònia  
quæ in eis sunt, quique flumini Ior-  
dani benedixisti, atque in eo ba-  
ptizari voluisti, & tuas sanctissi-  
mas manus & brachia sacratissima  
in cruce extendisti, quibus aërem  
sanctificasti: obsecramus immen-  
sam pietatis & bonitatis tuæ a-  
bundantiam, quatenus has nubes,  
quas ante me, & post me, & supra  
me, à dextris & à sinistris video  
aërem perturbare, dissoluere &  
annihilare digneris: vt alligata  
potestas dæmonum impiè defæ-  
uentium deficiat & turbetur,  
ad



ad laudem tui sanctissimi nomi-  
nis, & potentissimæ maiestatis tuæ.  
Qui viuis & regnas cum Deo Pa-  
tre .

Posteà conuersus ad nubes si-  
gnet eas signo ✠ dicens: Circumdet  
te nubes Deus ✠ Pater. Circumdet te  
Deus ✠ Filius. Circumdet te Deus  
Spiritus ✠ sanctus Destruat te  
Deus. ✠ Pater Destruat te Deus  
Filius. ✠ Destruat te Deus Spiritus  
✠ sanctus . Comprimat te Deus ✠ Pa-  
ter. Comprimat te Deus ✠ Filius .  
Comprimat te Deus Spiritus ✠ sã-  
ctus . Amen .

**oblectatio.** Sanctus Mathæus ,  
sanctus Marcus , sanctus Lucas,  
sanctus Ioannes Euangelista , qui  
Christi Euangelium per quatuor  
mundi paries diuulgarunt , ipsi  
suis meritis & precibus hanc tem-  
pestatē

pestatē a termino isto , & ab omnibus Christianorum omnibus , ab eodem Domino nostro Iesu Christo obtineant effugari & depelli.

### EXORCISMVS

**E**t ego peccator, & Christi sacerdos seu minister, licet indignus, auctoritate & virtute eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi summi Imperatoris non mea potentia innixus & confusus, vobis præcipio immundissimi spiritus, qui has nubes seu nebulas concitatis in virtute eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi, per ✠ sanctissimam eius Incarnationem, per sanctam Natiuitatem, per Baptismum & Ieiunium ipsius, per eius sanctissimam Crucem ✠ & Passionē, per sanctam Resurrectionem per admiranda

admirabilem Ascensionem, per tre-  
mendum Aduentum eius & Iudi-  
cium, per merita inemeratæ sem-  
perque Virginis Mariæ, & sancti-  
ssimi **N.** & per merita omnium Sã-  
ctorum, vt exeatis ab eis, & eas  
dispergatis in locis siluestribus &  
incultis, quatenus nocere non pos-  
sint hominibus, animalibus, fructi-  
bus, herbis, arboribus, aut quibus-  
cumque rebus humanis vsibus de-  
putatis Per eundem Dominum  
nostrum Iesum Christum, qui ven-  
turus est iudicare viuos & mortuos,  
& sæculum per ignem Amen Ipse  
vobis imperat, dæmones, qui has  
nubes commoueris, de quo de nube  
lucida dictum est: Hic est Filius  
meus dilectus, in quo mihi benè-  
complacui. ✠ ipse vobis imperat,  
qui sua sacratissima Cruce, & cor-  
poris sui sanctissimi in ea exten-  
sione

lione aërem purgauit. ✠ ipse vobis imperat, qui per mortem suam vos, principem vestrum, mortemque deuocit, & ligauit, atque æternæ gehennæ mancipauit ignibus. ✠ ipse vobis imperat, qui inferno spoliato surrexit à mortuis. ✠ ipse vobis imperat, qui post quadraginta dies nube susceptus virtute sua ascendit in cælum. ✠ ipse vobis imperat, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Et postea ostendat Crucem in aëra dicens: Ecce lignum sanctissimæ Crucis, fugite partes aduersæ: vicit enim vos & mundum Dominus noster Iesus Christus Filius Dei, imperator summus, leo de tribu Iuda, radix David.

Postea aqua benedicta in modum Crucis ✠ aspergat quatuor latera  
Decenda

Dicendæ sunt etiam Litanix: si non  
dum quieuit tempestas. Psal. Qui  
cumque vult. Antiphona. Salve Re-  
gina, & Sub tuum præsidium. Can-  
ticum Benedicite omnia. cum **℟**  
Gloria Patri, & Filio, in quo libet  
versu dicti Cantici.

Deinde **℟**. Benedicamus Patrem  
& Filium cum sancto Spiritu. **℣**. Lau-  
demus & superexaltemus eum in sæ-  
cula. **℟**. Ora pro nobis sancta Dei.  
genitrix. **℣**. Ut digni efficiamur.  
promissionibus Christi. **℟**. Exurge  
Christe, adiuuans. **℣**. Et libera nos  
propter nomen tuum. **℟**. Domine e-  
xaudi orationem meam. **℣**. Et cla-  
mor meus ad te veniat. **℟**. Dominus  
vobiscum. **℣**. Et cum spiritu tuo.

### Oratio.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui  
dedisti famulis tuis in cōfessio-  
ne

ne veræ fidei, æternæ Trinitatis glo-  
riam agnoscere, & in potentia ma-  
iestatis adorare vnitatem: quæsu-  
mus, vt eiuſdem fidei firmitate,  
ab omnibus ſemper muniamur,  
aduerſis. **Oratio.**

**P**rotege Domine ſervulos tuos  
ſubſidijs pacis, & beatæ Mariæ  
ſemper Virginis patrocinio confi-  
dentes, à cunctis hoſtibus & peri-  
culis recte ſecuros.

**Oratio.**

**A**Domo tua, quæſumus Domine,  
ſpirituales nequitia repellan-  
tur, & aërearum diſcedat mali-  
gnitas tempeſtatum.

**Oratio.**

**A**D te nos Domine clamantes  
exaudi, & aëris ſerenitatem  
nobis tribue ſupplicantibus; vt  
qui iuſte pro peccatis affligimur,  
miſer

misericordia tua præueniente, clementiam sentiamus.

### Oratio.

**L**argiri & conseruare fructus terræ  
dignare Domine Deus noster,  
vt temporalibus gaudeamus auxiliis,  
& proficiamus spiritualibus in clementis  
Per Christum Dominum  
nostrum. & Amen.

**P**roest dici & oratio illius Sancti,  
in cuius honore conlucta est Ec-  
clesia, & aliorum Sanctorum, in qui-  
bus plus de eorum adiutorio confi-  
dimus propter specialem deuotio-  
nem nostram. Possunt dici & aliæ  
etiam deuotæ Orationes cum com-  
punctione, & cordis contricione im-  
pletando: semper misericordiam Dei.  
Et si adhuc tempus tempestuosum  
perseuerauerit, poterunt supra dicta  
pluries repeti.

BENE

## B E N E D I C T I O

Fontis Baptiſimi extra Sabba-  
tum Paſchæ & Penteco.

ſtes, cùm aqua confe-  
crata nõ habetur.

**P**rimùm lauatur & mundatur  
vas Baptiſterij, deinde lampida  
aqua repletur. Tum Sacerdos cù  
iuis Clericis, vel etiam alijs Preby-  
teris, Cruce & duobus cereis præ-  
cedentibus, ac thuribulo, & incen-  
ſo, & cum vaſculis Chriſtinatis &  
Olei Cæthumenorum deſcendit ad  
Fontem, & ibi vel ante Altare  
Baptiſterij, dicit Litaniam ordina-  
riam, prout habetur intrà poſt  
Septem Pfalmos Pœnitentiales.

Et ante Verſ. Vt nos exaudire  
digneris, dicat & ſecundò repetat  
ſequentem verſum Vt Fontem  
iſtum



istum ad regenerandam tibi nouā  
prolem benedicere✠ & consecrare✠  
digneris, Terogamus audi nos.

Potest etiam dici Litania bre-  
uior, vt in Missali in Sabbato fā-  
cto: & dicto vltimo Kyrie eleisō.  
Sacerdos dicat, Pater noster. & Cre-  
do in Deum, &c. omnia clara vo-  
ce: quibus finitis dicat *℣*. Apud  
te Domine est fons vitæ. *℞*. Et in  
lumine tuo videbimus lumen.  
*℣*. Domine exaudi orationem meā  
*℞*. Et clamor meus ad te veniat *℣*.  
Dominus vobiscum. *℞*. Et cum spi-  
ritu tuo.

Oremus.

**O**Mnipotens sempiterne Deus,  
adesto magnæ pietatis tuæ  
mysteriis, adesto Sacramentis, &  
ad recreandos nouos populos, quos  
tibi Fons Baptismatis parturit,  
spiritum adoptionis emitte vt  
quod nostræ humilitatis geren-  
dum

dum est ministerio, virtutis tuæ  
impleatur effectu. Per Dominū  
nostrum Iesū Christum &c. &  
Amen.

### Exorcismus aquæ.

**E**Xorcizo te creatura aquæ, per  
Deum viuum ✠, per Deum  
verum ✠, per Deum sanctum ✠,  
per Deum, qui te in principio, ver-  
bo separauit ab arida, cuius su-  
per te spiritus ferebatur, qui te  
de paradiso manare iussit.

Hic manu aquam diuidat &  
deinde de ea effundat extra mar-  
ginem Fontis versus quatuor Or-  
bis partes, prolequens.

Et in quatuor fluminibus to-  
tam terram rigare precepit: qui te  
in deserto amarum per lignum  
dulcem fecit atque potabilem,  
qui te de petra produxit, ut popu-  
lum, quem ex Ægypto liberaue-  
rat, siti fatigatum recrearet.

Exor

Exocizo te & per Iesum Christū  
Filium eius vnicū, Dominum  
nostrum, qui te in Cana Galilææ  
ligno admirabili sua potentia cō-  
uertit in vnum: qui super te pedi-  
bus ambulauit, & à Ioanne in Ior-  
dane in te baptizatus est: qui te  
vna cū sanguine de latere suo  
produxit, & discipulis suis iussit,  
vt credentes baptizarent in te,  
dicens: Ite, docete omnes gentes,  
baptizantes eos in nomine Patris,  
& Filij, & Spiritus sancti; vt  
efficiaris aqua sancta, aqua bene-  
dicta, aqua, quæ lauat sordes,  
& mundat peccata. Tibi igitur  
præcipio omnis spiritus immun-  
de, omne phantasma, omne men-  
daciū, eradicare & effugare ab  
hac creatura aquæ, vt qui in  
ipsa baptizandi erunt, fiat eis  
fons aquæ salientis in vitam  
æternam,

æternam, regenerans eos Deo  
Patri, & Filio, & Spiritui sancto,  
in nomine eiusdem Domini  
nostri Iesu Christi, qui venturus  
est iudicare viuos & mortuos,  
& sæculum per ignem. R. Amen.

O remus. Oratio.

**D**omine sancte, Pater omnipo-  
tens, æterne Deus, aquarum  
spiritualium sanctificator, te sup-  
pliciter deprecamur, vt ad hoc  
ministerium humilitatis nostræ  
respicere digneris, & super has  
aquas abluendis & purificandis  
hominibus preparatas, Angelum  
sanctitatis emittas, quò peccatis  
vitæ prioris ablutis, reatuque  
deterſo, purum sancto Spiritui  
habitaculum regenerati effici  
mereantur Per Dominum no-  
strum Iesum Christum filium  
tuum, qui tecum viuit & regnat  
in

in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus : per omnia sæcula sæculorum . *℞*. Amen .

Tunc sufflet ter in aquam versus tres partes secundum hanc figuram *ψ* : deinde imponit incensum in thuribulo , & Fontem incensat Postea infundens de Oleo Catechumenorum in aquam in modum Crucis , clara voce dicit :

Sanctificetur , & fecundetur Fons iste Oleo salutis renascentibus ex eo in vitam æternam , in nomine Patris ✠ , & Filij ✠ , & Spiritus ✠ , sancti . *℞*. Amen .

Deinde infundit de Chrismate , modo quò suprà , dicens : Infusio Chriftomatis Domini I E S V Christi , & Spiritus sancti paracliti , fiat in nomine sanctæ Trinitatis . *℞*. Amen .

Postea

Posteà accipit ambas ampullas  
dicti Olei sancti & Chrismatis,  
& de utroque simul in modum  
✓ Crucis infundendo, dicit:

Commixtio Chrismatis sancti-  
ficationis, & Olei unctionis, &  
aquæ Baptismatis pariter fiat  
in nomine Patris ✠, & Filij ✠,  
& Spiritus ✠, sancti. & Amen.

Tum deponita ampulla, dex-  
tera manu Oleum sanctum &  
Chrisma intusum miscet cum  
aqua, & spargit per totum Fon-  
tem Deinde medulla panis ma-  
num tergit, & si quis baptizan-  
dus est, eum baptizat, ut supra.  
Quòd si neminem baptizat, ita-  
tim manus abluat, & ablutio ef-  
fundatur in Sacrarium.

---

---

# ORDO BAPTISMI ADULTORVM

**I**N primis Sacerdos paratis<sup>us</sup> his, quæsuprà de obseruandis in administratione Sacramenti Baptismi paruulorum dicuntur, indutus superpelli- ceo & stola, vel etiam pluui- ali violacei coloris, cum suis - Clericis accedit ad gradus al- taris, & genibus flexis, piase- mente ad Deum preces effun- dit, vt tantum Sacramentum dignè valeat ministrare; & ad implorandum diuinum auxili- lium, surgens se signat, & si- temporis ratio ferat, dicit:

Deus in adiutorium meum in-  
tende *✠*. Domine ad adiuuan-  
dum me festina. Gloria Patri.

Sicut

Sicut erat

Posteà incipiat profecquenti  
bus Clericis Antiph.

Effundam super vos aquam mū-  
dam & mundabimini ab om-  
nibus inquinamentis vestris, di-  
cit Dominus

Psalmus 8

**D**omine Dominus noster:  
quàm admirable est no-  
men tuum in vniuersa terra

**Q**uoniam eleuata est magnificē-  
tia tua: super cælos.

**E**x ore infantium & lactentiū  
perfecisti laudem propter ini-  
micos tuos: vt destruas inimi-  
cum & vltorem

**Q**uoniam videbo cælos tuos  
opera digitorum tuorum: lunā  
& stellas, qua tu fundasti.

**Q**uid est homo, quòd memor es  
cuius?



eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

**M**inuisti eum paulò minùs ab Angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum

**O**mnia subiecisti sub pedibus eius: oves & boues uniuersas, insuper & pecora campi.

**V**olucres cæli, & pisces maris: qui perambulans semitas maris.

**D**omine Dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra!

**G**loria Patri. Sicut erat.

**Psalmus 28.**

**A**fferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.

**A**fferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini

nomini eius. adorete Dominum in atrio sancto eius.

**V**ox Domini super aquas. Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas

**V**ox Domini in virtute: vox Dñi in magnificentia.

**V**ox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani

**E**t comminuet eas tamquam vitulum Libani & dilectus quemadmodum filius unicornium.

**V**ox Domini intercidentis flammam ignis: vox Domini concutientis desertum & commouebit Dominus desertum Cades.

**V**ox Domini preparantis ceruos, & reuelabit condensã: & in templo eius omnes dicent gloriam.

**D**ominus diluuium inhabitare fecit:

cit: & sedebit Dominus rex in  
æternum

**D**ominus virtutem populo suo  
dabit: Dominus benedicet po-  
pulo suo in pace

**G**loria Patri Sicut erat

**Psalmus .41.**

**Q**uemadmodum desiderat  
ceruus ad fontes aquarum:  
ita desiderat anima mea ad te

Deus

Sitiuit anima mea ad Deum for-  
tem viuum: quando veniam, &  
apparebo ante faciem Dei?

**F**uerunt mihi lacrymæ meæ pa-  
nes die ac nocte: dum dicitur  
mihi quotidie, Vbi est Deus  
tuus.

**H**æc recordatus sum, & effudi  
in me animam meam: quoniam  
transibo in locum tabernaculi

ad -

admirabilis usque ad domum

Dei

In voce exultationis & confessionis : sonus epulantis.

**Q**uare tristis es anima mea : & quare conturbas me ?

**S**pera in Deo , quoniam adhuc confitebor illi : salutare vultus mei , & Deus meus .

**A**d me ipsum anima mea conturbata est : propterea memor ero tui de terra Jordanis , & Heruim à monte modico

**A**byssus abyssum inuocat : in voce cataractarum tuarum

**O**mnia excelsa tua & fluctus tui : super me transierunt .

**I**ndie mandauit Dominus misericordiam suam : & nocte canticum eius

**A**pod me oratio Deo vitæ meæ :

dicam

dicam Deo, Susceptor meus es.

**Q**uare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

**D**um confringuntur ossa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.

**D**um dicunt mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus? quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

**S**pera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus

**G**loria Patri. Sicut erat.

**E**t repetitur. **Antiph.** Effundam super vos aquam mundam.

**Q**ua repetita dicitur: **K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison. **P**ater noster. **v.** Et ne nos inducas in tentationem.

**R.**

**R.** Sed libera nos à malo .**V.** Domine exaudi oratione meam.

**R.** Et clamor meus ad te veniat.  
**V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus

**O**Mnipotens sempiterne Deus qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere: & in potentia maiestatis adorare unitatem: quaesumus, vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis

Oratio

**A**desto supplicationibus nostris, omnipotens Deus: & quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio tuar virtutis impleatur effectu

Oratio.

Oratio:

**D**A quęsumus Domine Electedo nostro, vt sancti edoctus mysteriis, & renouetur fonte Baptismatis, & inter Ecclesię tuę membra numeretur. Per Christum Dominum nostrum.

& Amen.

Si plures fuerint baptizandi, hęc tertia Oratio dicatur in numero plurali

Deinde Sacerdos procedit ad fores Ecclesię, & stat in limine, catechizāndus verò extra limē. Et si sunt plures, maris & femina, illi ad dexteram Sacerdotis, hęc verò ad sinistram statuuntur, & Sacerdos interrogat: Quo nomine vocaris? Catechumenus respondet: N. Sacerdos. N. Quid petis ab Ecclesia Dei? & Fidem.

Sacer.

Sacerdos, Fides quid tibi præstat?  
& Vitam æternam.

Sacerdos. Si vis habere vitam æternam, serua mandata Dili- ges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis tota lex p̄det, & Prophetæ Fides autē est, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem veneris, neque confundendo personas, neque substantiam separando. Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti; sed horū trium vna est substantia, & non nisi vna Diuinitas.

Et rursus interrogat: N Abrenū- tias satanæ?

Resp Abrenuntio

Interrog.



Interrog. Et omnibus operibus  
eius?

Resp. Abrenuntio

Interrog. Et omnibus pompis  
eius?

Resp. Abrenuntio.

Deinde Sacerdos interrogat de  
Symbolo fidei dicens.

Credis in Deum Patrem omni-  
potentem, creatorem cæli & te-  
rræ? R. Credo

Interrog. Credis & in IESVM -  
Christum Filium eius unicum,  
Dominum nostrum, natum, &  
passum? R. Credo

Interrog. Credis & in Spiritū  
sanctum, sanctam Ecclesiam  
Catholicam, Sanctorum com-  
munionem, remissionem pecca-  
torum, carnis resurrectionem,  
& vitam æternam? R. Credo

Tunc

Tunc Sacerdos exsufflat ter  
in faciem eius, semel dicens:  
Exi ab eo spiritus immunde,  
& da locum Spiritui sancto pa-  
raclito.

Hic in modum Crucis halet in  
faciem aptius, & dicat:

**N** Accipe Spiritum bonum  
per istam insufflationem, &  
Dei benedictionem ✠. Pax tibi,  
✠. Et cum spiritu tuo

Deinde facit Crucem cum po-  
llice in eius fronte & in pec-  
tore, dicens:

**N.** Accipe signum Crucis tam  
in fronte ✠. quam in corde ✠: su-  
me fidem caelestium præcepto-  
rum Talis esto moribus, vt  
templum Dei iam esse possis:  
ingressusq; Ecclesiam Dei, eua-  
sisse te laqueos mortis latus

agnosce

agnosce, [horresce idola, respue simulacra] cole Deum Patrem omnipotentem, & IESUM Christum Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. *R.* Amē.

Hic aduertendū est, quòd dicta verba, [horrescé idola, respue simulacra:] dicantur Catechumeno, qui venit de gentilitatis errore seu de Ethnicis & idololatriis Catechumeno verò Iudæo, siue ex Hebrais venienti, loco horum verborū, dicatur, [horresce Iudaicā perfidiam, respue Hebraicam superstitionem.] Saraceno autē, vel Turcæ, aut Persæ, siue alij ex Malumetanis ad fidem veniēti Catechumeno, loco eorundem

dem verborum dicatur [horresce Mahumeticam perfidiã, respue prauam sectam infidelitatis ]

At hæretico ad Catholicam Ecclesiam venienti, qui, si in eius Baptismo debita forma seruata non est, baptizari debet, dicatur: [horresce hæreticam prauitatem, respue nefarias sectas impiorum ] Vel exprimaturo proprio nomine secta de qua Catechumenus venit

Simplures sunt Electi, omnia iupradicta dicuntur sigillatim. - super singulos

Oremus. Oratio

**T**E deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, - aterne Deus, vt huic famulo tuo

tuo **N.** qui in huius sæculi nocte  
vagatur incertus ac dubius, viã  
veritatis & agnitionis tuæ iu-  
beas demonstrari: quatenus re-  
seratis oculis cordis sui, te vnũ  
Deum Patrem in Filio, & Fi-  
lium in Patre cum Spiritu sanc-  
to recognoscat, atque huius cõ-  
fessionis fructum & hîc, & in  
futuro sæculo percipere merea-  
tur Per Christum Dominum  
nostrum .**℞.** Amen.

**S**i plures sint **Electi**, precedens  
Oratio dicatur in numero plu-  
rali. (Sequentes autem Signa-  
tiones fiant cum suis verbis sin-  
gillatim super singulos.)

Deinde signet **Electum** signo  
**Crucis** cum pollice in fronte,  
dicens: Signo tibi frontem **✝**, vt  
suscipias **Crucem Domini**.

**In aurib?**

In auribus: Signo tibi aures✠, vt audias diuina præcepta.

In oculis: Signo tibi oculos✠, vt videas claritatem Dei

In naribus: Signo tibi nares✠, vt odorem suauitatis Christi sentias.

In ore: Signo tibi os ✠, vt loquaris verba vitæ

In pectore: Signo tibi pectus✠, vt credas in Deum.

In scapulis: Signo tibi scapulas ✠, vt suscipias iugum seruitutis eius

In toto corpore illud non tangens manu producit signum Crucis, & dicit: Signo te totū in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti vt habeas vitam æternam, & viuas in sæcula sæculorum. & Amen

Oremus. Oratio

Preces

**P** Reces nostras, quæsumus .  
Domine, clementer exaudi,  
& hunc Electum tuum **N.** Cru-  
cis Dominicæ, cuius impressio-  
ne eum signamus, virtute custo-  
di: vt magnitudinis gloriæ tuæ  
rudimenta seruans, per custodiã  
mandatorum tuorum ad regene-  
rationis gloriam peruenire me-  
reatur Per Christum Dominum  
nostrum .**R.** Amen

Oremus. **Oratio**

**D** Eus, qui humani generis  
ita es conditor, vt sis etiã  
reformator, propitiare populis  
adoptiuis, & nouo testamento  
sobolem nouę prolis adscribe:  
vt filij promissionis quod non  
potuerunt assequiper naturam,  
gaudeant se recepisse per gra-  
tiam . Per Christum Dominum  
nostrũ

nostrum. *R.* Amen

Tunc imponit manum super  
caput Electi, & dicit:

Oramus.

**O**Mnipotens sempiternus  
Deus. Pater Domini nostri  
IESU Christi respicere digne-  
ris super hunc famulum tuum  
**N.** quem ad rudimenta fidei vo-  
care dignatus es; omnem cæci-  
tatem cordis ab eo expelle. dif-  
rumpe omnes laqueos satanæ,  
quibus fuerat colligatus aperi  
ei Domine ianuam pietatis tuæ,  
vt signo sapientiæ tuæ imbutus,  
omnium cupiditatum fœtoribus  
careat & ad suauem odorem  
præceptorum tuorum latus ti-  
bi in Ecclesia tua deseruiat, &  
proficiat de die in diem vt ido-  
neus efficiatur accedere ad gra-  
tiam



tiam Baptismi tui, percepta medicina Per eundem Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

**S**i plures sint, hæc, & præcedēs Oratio, Preces nostras dicantur in numero plurali

Deinde Sacerdos benedicit sal.  
Benedictio salis dandi Catechumeno

**E**Xorcizo te creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠, & in charitate Domini nostri IESU Christi ✠, & in virtute Spiritus sancti ✠, Exorcizo te per Deum viuum ✠, per Deum verum ✠, per Deum sanctum ✠, per Deum ✠, qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari præcepit, vt in nomine sanctæ  
Trinitatis

Trinitatis efficiaris salutare Sa-  
cramentum ad effugandum ini-  
micum Proinde rogamus te Do-  
mine Deus noster, vt hanc crea-  
turam salis sanctificando sancti-  
fices ✠, & benedicendo benedi-  
cas ✠, vt fiat omnibus accipien-  
tibus perfecta medicina, perma-  
nens in visceribus eorum, in no-  
mine eiusdem Domini nostri IESU  
Christi qui venturus est iudica-  
re viuos & mortuos, & sæculū  
per ignem. ℞. Amen.

Tunc pollice & indice accipit  
de ipso tale, & immittit in os  
Catechumeni, dicens. N. Accipe  
sæl sapientia; propitiatio tibi sit  
in vitam æternam. Amen.  
Sacerdos. Pax tibi ℞. Et cum  
spiritu tuo

Oremus. Oratio

Deus

**D**Eus patrum nostrorum,  
**D**eus vniuersæ conditor  
veritatis, te supplices exoramus,  
vt hunc famulum tuum **N.** respi-  
cere digneris propitius, & hoc  
primum pabulum salis gustantē,  
non diutiùs esurire permittas, quò-  
minus cibo expleatur cælesti, qua-  
tenus sit semper spiritu feruens,  
spe gaudens, tuo semper nomini  
seruiens Perduc eum Domine,  
quæsumus, ad nouæ regenerationis  
lauacrum, vt cum fidelibus tuis  
promissionum tuarum æterna præ-  
mia consequi mereatur. Per Chris-  
tum Dominum nostrum. **&.** Amen.  
Si plures sint, dicatur singulis:  
**N.** Accipe sal, &c. & præcedens  
Oratio, Deus patrum nostrorū.  
in numero plurali.

**Q**uòd si Catechumenus fuerit

Gentilis

Gentilis, seu ex Idololatriis venerit ad Eide[m], benedicto sale, priusquam eius medicinam gustet, Sacerdos addat sequentē Orationem dicens:

Oremus

**D**omine sancte, Pater omnipotens æterne Deus qui es, qui eras, & qui permanes usque in finem, cuius origo nescitur, nec finis comprehendi potest: te supplices inuocamus super hunc famulum tuum **N.** quē liberasti de errore gentilium, & conuersationi turpissima: dignare exaudire eum, qui tibi ceruices suas humiliat ad lauacri fontem, vt renatus ex aqua & Spiritu sancto expoliatus veterē hominem, induat nouum, qui secundum te creatus est; accipiat  
vellem

vestem incorruptam & immaculatam, tibiq̄ue Deo nostro seruire mereatur Per Christum Dominum nostrum .ꝫ: Amen.

*Siplures sint, præcedens Oratio dicatur in numero plurali. Deinde Sacerdos dicat super masculinum tantum: Ora Electe, flecte genua, & dic Pater noster. Et Electus genu flexo orat, & dicit: Pater noster. Et cum orauerit, & dixerit: Pater noster, vsque ad, Sed libera nos à malo, inclusiue, Sacerdos subiungit: Leua, comple orationem tuam, & dic Amen. Et ille respondet: Amen. Et Sacerdos dicit Patri: Signa eum Deinde Electo: Accede. Et Patrinus pollice signat eum in fronte, dicens: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

sancti Iun quoque Sacerdos fa-  
cit Crucem in fronte eius, ita di-  
cendo: In nomine Patris, & Filij,

& Spiritus sancti

Et imponit manum super eum,  
& dicit

Oremus. Oratio.

**D**Eus Abraham, Deus Isaac,  
Deus Iacob, Deus, qui Moy-  
si famulo tuo in monte Sinai ap-  
paruisti & filios Israël de terra  
Ægypti eduxisti deputans eis An-  
gelum pietatis tuæ, qui custodiret  
eos die ac nocte: te quaesumus, Do-  
mine vt mittere digneris sanctū  
Angelum tuum de celis, qui simi-  
liter custodiat & hunc famulum  
tuum **N.** & perducatur eum ad gra-  
tiam Baptismi tui. Per Christū  
Dominum nostrum. **R.** Amen.

Exorcismus

Ergo

**E**Rgo maledicte diabole, re-  
cognoſce ſententiam tuam, &  
da honorem Deo viuo & vero, da  
honorem **I E S V** Christo Filio eius,  
& Spiritui ſancto: & recede ab  
hoc ſamulo Dei **N** quia iſtum ſibi  
Deus & Dominus noſter **I E S V S**  
Christus ad ſuam ſanctam gratiam,  
fontemque Baptiſmatis, vocare dig-  
natus eſt: & hoc ſignum ſanctæ  
Crucis ✠, quod nos fronti eius da-  
mus, tu maledicte diabole, numquam  
audeas violare Per eundem Chri-  
ſtum Dominum noſtrum, qui ven-  
turus eſt iudicare viuos & mor-  
tuos, & ſæculum per ignem. **R.**  
Amen

Sed ſi plures ſint Catechumeni,  
hic, & in ſequentibus Sacerdos  
dicat in numero plurali: Orate  
Electi, flectite genua, &c. vt ſu-  
prà,

prà, vsque ad finem præcedentis  
Exorcismi, qui incipit: Ergo ma-  
ledicte diabole. Item super vnũ  
secundò dicat: Ora Electe, flecte  
te genua & dic Pater noster  
& reliqua vt supra. fol. 34. vsque  
ad Orationem. Deus Abraham.  
exclusiue deinde imponit manũ  
super eum, ac dicit:

Orémus

**D**Eus immortale præsidium  
omnium postulantium, libe-  
ratio supplicum, pax rogantium,  
vita credentium, resurrectio mor-  
tuorum; te inuoco super hunc fa-  
mulum tuum **N** qui Baptismi tui  
donum petens, æternam conse-  
qui gratiam spiritali regenera-  
tione desiderat: accipe eum Do-  
mine, & quia dignatus es dicere,  
Petite, & accipietis; quaerite, &  
inue



inuenietis; pulsate, & aperietur vobis: petenti præmium porrige, & ianuam pande pulsanti, vt æternã cælestis lauacri benedictionem cõsecutus, promissa tui muneris regna percipiat **Qui** cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas ~ Deus in sæcula sæculorum. **R.**  
Amen

### Exorcismus

**A** Vdi maledicte satana, adiuratus per nomen æterni Dei, & Saluatoris nostri **I E S V** Christi Filij eius, cum tua victus inuidia tremens gemenq; discede; nihil tibi sit commune cum seruo Dei **N.** iam cælestia cogitante, renuntiaturo tibi, & sæculo tuo, & beatæ immortalitati victuro. Da igitur honorem aduenienti Spiritui sancto, qui ex summa cæli arce descendens,

dens, proturbatis fraudibus tuis, diuino Fonte purgatum peccatis sanctificatum Deo templum & habitaculum perficiat, vt ab omnibus penitus noxijs præteritorum criminum liberatus seruus Dei, gratias perenni Deo referat semper, & benedicat nomen sanctum eius in sæcula sæculorum **R.** Amen

**Item super vnum masculum tertio dicat, vt supra Ora Electe, flecte genua, & dic Pater noster, &c. vique ad Orationem Deus Abrahã. exclusiuè deinde imponit manũ super eum dicens:**

### **Exorcismus**

Exorcizo te immunde spiritus, in nomine Patris **†** & Filij **†**, & Spiritus **†** sancti, vt ex eas & recedas ab hoc famulo Dei **N.** ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui

qui pedibus super mare ambulauit,  
& Petro mergenti dexteram porrexit

### Exorcismus.

Ergo maledicte diabole, &c. & repetit totum, vt supra habetur. Super feminā verò Sacerdos dicit. Ora Electa, flecte genua, & dic Pater noster, &c. vt supra vique ad Orationem Deus Abrahā. exclusiue. deinde imponit manū super eam, & dicit:

Oremus                      Oratio

**D**Eus cæli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Cōfessorum, Deus Virginum, Deus omnium benè viuentium: Deus, cui omnis lingua confitetur, & omne.

ne genua flectitur, cælestium, terrestrium & infernorum: te inuoco  
Domine, super hanc famulam tuam

**N** vt eam custodire, & perducere digneris ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum.

**R.** Amen

Deinde dicatur Exorcismus. Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, &c. vt supra. 35.

Si plures fuerint feminæ Catechumenæ, hîc & in sequentibus Sacerdos dicat in numero plurali. Orate Electæ, flectite genua, & dicite Pater noster & reliqua vt supra, vsque ad Orationem Deus Abraham, exclusiuè deinde imponit manum super capita singularum, & postea in eodem numero plurali dicit Orationem Deus cæli, Deus terræ, &c. Exorcismū.

Ergo

Ergo maledicte diabole, &c. vt  
suprà 35.

Interim super vniam tantùm,  
secundò & tertio repetit: Ora  
Electa, flecte genua, & dic Pater  
noster, & reliqua, vt suprà fol.  
34. vique ad finem Orationis  
Deus Abraham. qua finita in-  
ponit manũ super caput eius,  
& post tertiam signationem  
dicit:

### Exorcismus

**E**Xorcizo te immunde spiri-  
tus, per Patrem †, & Filium  
†, & Spiritum †, sanctum, vt  
ex eas & recedas ab hac famula  
Dci **N.** ipse enim tibi imperat, ma-  
ledicte damnate, qui cæco nato  
oculos aperuit, & quatrivanum  
Lazarum de monumento suscita-  
uit. Ergo maledicte diabole, &c.

totum

totum vt supra.

Super vtrumque siue masculū,  
siue feminam, imponit manum su-  
per caput eius & dicit:

Oremus

**A** Eternam ac iustissimam pie-  
tatem tuam deprecor, Do-  
mine sancte, Pater omnipotens  
æterne Deus, auctor luminis &  
veritatis, super hunc famulum tuū  
**N** vt digneris eum illuminare lu-  
mine intelligentiæ tuæ: munda eū,  
& sanctifica, da ei scientiam verā,  
vt dignus efficiatur accedere ad-  
gratiam Baptismi tui, teneat fir-  
mam spem consilium rectum, do-  
ctrinam sanctam, vt aptus sit ad-  
percipiendam gratiam tuam. Per  
Christum Dominum nostrum **℟.**

Amen.

Si plures fuerint Electi, siue ma-  
res,

res, siue feminæ, præcedentes Ora-  
tiones & Exorcismi dicantur in nu-  
mero plurali, & in genere pro-  
prio, vt superius dictum est  
His peractis, Sacerdos sinistra-  
manu apprehendens dexteram  
Electi prope brachium, vel ei  
porrigens extremam partem Ito-  
læ, introducit eum in Ecclesiã,  
dicens: **N** Ingredere in sanctam  
Ecclesiam Dei, vt accipias benedi-  
ctionem cælestem à Domino IESU  
Christo, & habeas partem cum  
illo, & Sanctis eius. **R.** Amen  
Si plures fuerint, dicat in nume-  
ro plurali: **I**ngredimini in sanctam  
Ecclesiam Dei, &c. & introdu-  
cat eos, vt supra  
Et ingressus Electus procumbit,  
seu prosternit se in pavimento,  
& adorat.

Deinde

Deinde surgit, & Sacerdos imponit manum super caput eius, & Electus cum eo recitat Symbolū Apostolorum & Orationem Dominicam

Ita etiam si plures fuerint, omnes surgunt, & simul recitant

**C**redo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ Et in Iesum Christum, filium eius unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine; passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: descendit ad inferos; tertia die resurrexit à mortuis: ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos & mortuos Credo in Spiritum sanctum, sanctam

Ecclesiam



Ecclesiam Catholicam, Sanctorum  
communione, remissionem pec-  
catorum, carnis resurrectionem,  
vitam æternam, Amen

**P**ater noster, qui es in cælis;  
sanctificetur nomen tuum :  
adueniat regnum tuum fiat vo-  
luntas tua, sicut in cælo, & in te-  
rra Panem nostrum quotidiana-  
num da nobis hodie: & dimitte  
nobis debita nostra, sicut & nos di-  
mittimus debitoribus nostris: Et  
ne nos inducas in tentationem: sed  
liberanos à malo. Amen

Tunc rursus Sacerdos imponat  
manum super caput Electi,  
& dicat:

*Exorcismus*

**N**ec te latet, satana, imminere  
tibi pœnas imminere tibi  
tormenta imminere tibi diem iu-  
dicij,

dicij, diem supplicij sempiterni, .  
diem, qui venturus est velut clibanus  
ardens in quo tibi atque vni-  
uersis angelis tuis præparatus sem-  
piternus erit interitus Proinde  
dammate, atque damnande, da ho-  
notem Deo viuo & vero da ho-  
norem IESU Christo Filio eius,  
da honorem Spiritui sancto paradi-  
to, in cuius nomine atque virtute  
præcipio tibi, quicumque es spiri-  
tus inmunde, vt exas & recedas  
ab hoc famulo Dei **N** quem hodie  
idem Deus & Dominus noster IESUS  
Chrillus ad suam sanctam gratiã  
& benedictionem, Fontemque  
Baptismatis dono vocare digna-  
tus est; vt fiat eius templum per-  
aquam regenerationis in remissio-  
nem omnium peccatorum. In no-  
mine eiusdem Domini nostri IESU  
Christi,

Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem Amen.

Similiter si plures fuerint, imponit manum super capita singulorum, & dicit eundem Exorcismum in numero multitudinis; & genere suo.

Posteà Sacerdos pollice accipit de salua oris sui, & tangit aures & nares Electi: tangendo verò arcem dextram & sinistram, dicat:

Eph phéta, quod est, Adaperire. deinde tangendo nares, dicat: In odorem suauitatis, & subdit: Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.

Deinde interroget Electum: Quis vocaris? & ipse respondet:

N

Interrog.

Interroget: N. Abrenuntias satanæ?

R. Abrenuntio

Interrog. Et omnibus operibus ei?

R. Abrenuntio

Interrog. Et omnibus pompis eius?

R. Abrenuntio.

Tunc Sacerdos intigit pollicem  
dextræ manus in Oleo sancto

Catechumenorum, & inungit  
Electum primum in pectore, dein-  
de inter scapulas, in modum Cru-  
cis, dicens: Ego te inio Oleo sa-  
lutis ✠ in Christo IESU Domino  
nostro in vitam æternam. R. Amē.

Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo

Mox bombacio vel re simili ter-  
git pollicem & loca inuncta,

& subiungit dicens: Exi immū-  
de spiritus, & da honorem Deo-  
vivo & vero Fuge immunde spi-  
ritus, & da locum IESU Christo

filio

filio eius Recede immunde spiritus, & da locum Spiritui sancto - paraclito.

Quando plures sunt Electi, idem in circa singulos eorum. Et ducitur Electus ad Baptisterium: ubi si ob aliquam causam non habeatur, siue præparata non fuerit aqua Baptismalis, fiat benedictio Fontis, vt infrà ponitur Et cū fuerit prope Fontem, Sacerdos interrogat: **Quis vocaris?** **Respōdet** N

**Interrog** N Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ? **R.** Credo

**Interrog** Credis & in IESVM Christum filium eius unicum, Dñm nostrum, natum, & passum? **R.** Credo.

**Interrog.** Credis & in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicã, Sanctorũ

Sanctorum communionem, remissionem peccatorum carnis resurrectionem, & vitam æternam? **R.** Credo. **I**terùm interrogat, dicens. **N.** Quid petis?

**R**esp. Baptismum

**I**nterrog. Vis baptizari? **R**esp. Volo. **T**unc Patrino, vel Matrino, vel utroque (si ambo admittuntur) adinota manu, tenēte leu tangente Electum, vel Electam aperto capite, & laxatis à collo vestib⁹, inclinatum, Sacerdos vasculo vel vrecolo haurit aquam Baptismalē de Fonte, & cum ea iub trina supra caput in modum Crucis infusione baptizet Electum, seu Electam, in nomine SS Trinitatis, sic dicens:

Ego te baptizo in nomine Patris †,  
fundat primò; & Filij †, fundat  
secundò,

secundò, & Spiritus ✠, sancti: fundat tertio

Si aqua, quæ ex capite baptizati defluit, non dilabitur in sacrarium

Baptisterij, recipiatur in subiecta aliqua pelui, & in illud postmodum proijciatur. Cum plures sunt Electi, singillatim singuli interrogantur, & baptizantur, vt supra. Si sunt mares & feminae, primum mares, deinde feminae. Verum si probabiliter dubitetur, an Electus fuerit aliàs baptizatus, dicat Sacerdos: Si non es baptizatus, ego te baptizo, in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠, sancti

Deinde Sacerdos intingat pollicem dextrum in sacrum Chrisma, & perungat verticem Electi in modum Crucis, dicens:

Deus

**D**Eus omnipotens, Pater Domini nostri IESV Christi, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu sancto, quiq̄ue dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te liniat Chrismate salutis ✠, in eodem Christo IESV Domino nostro in vitam æternam & Amen ✠ Pax tecū. & Et cum spiritu tuo.

Tunc bombacio vel re simili pollicem tergit, & imponit capiti. Electi chrisimale, seu candidum linteolum, & dat illi vestem candidam dicens:

Accipe vestem candidam & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini nostri IESV Christi, vt habeas vitam æternam &. Amen.

Et Electus deponit priores vestes, & induitur nouis albi coloris, vel saltem exteriorē candida,

quam



quam, à Sacerdote accepit. Post-  
teà dat ei Sacerdos cereum, seu  
candelam accensam in manu dex-  
tra, dicens:

Accipe lampadem ardentem, &  
irreprehensibilis custodi Baptismũ  
tuum: serua Dei mandata, vt cum  
Dominus venerit ad nuptias: possis  
occurrere ei in aula cœlesti in vitã  
æternam. *℟.* Amen

Ipsè verò Neophytus euundem  
cereũ accensum manibus teneat  
vsque in finem, præterquam dũ  
confirmatur

In Ecclesijs autem vbi Baptismus  
fit per immersionem. siue totius cor-  
poris, siue capitis tantũ, Sacerdos  
accipiat Electum per brachia pro-  
pe humeros, & superiore parte  
corporis nudatum, reliqua ho-  
neste contectum, ter illum vel ca-  
put

put eius mergendo, & toties eleuando, baptizet sub trina mersione, sanctam Trinitatem semel tantum sic inuocando:

Ego te baptizo in nomine Patris ✠, mergat semel; & Filij ✠, mergat iterum; & Spiritus sancti ✠, mergat tertio, Patrino, vel Matrino, vel vtroque eum tenente, vel tangente

Et cum Electus surrexerit de fonte, Patrinus, vel Matrino cum linteo in manibus suscipit eum de manu Sacerdotis & Sacerdos intincto pollice dextro in sacro Chrismate, illum in vertice in modum Crucis perungit, dicens:

Deus omnipotens, Pater Domini nostri IESU Christi, &c. vt supra.

Deinde Sacerdos imponit capiti eius linteolum, seu Chrimale. & dat

dat ei vestem candidam, dicens:  
Accipe vestem candidam, vt suprà.  
Et statim prædicto linteo abster-  
gitur, & in loco semoto vestitur  
nouis & albis vestibus, & exterior-  
re candida, quam accepit  
Posteà dat ei Sacerdos candelam  
accensam in dextra manu, dicens:  
Accipe lampadem. vt suprà. Eo-  
dem modo, si plures fuerint, fit  
super singulis  
Posteà dicat: N. Vade in pace, &  
Dominus sit tecum. & Amen.  
Si adfit Episcopus, qui id legiti-  
mè præstare possit, ab eo Neo-  
phyti Sacramēto Conârnuatio-  
nis initiantur: deinde si hora cõ-  
gruens fuerit, celebratur Mis-  
sa, cui Neophyti interfunt, &  
sanctissimam Eucharistiam de-  
uotè suscipiunt

Si verò

Si verò ob baptizandorum mul-  
titudinẽ, vt in India & nouo  
Orbe quando que contingit, in  
singulorum Baptismo præscrip-  
ti ritus adhiberi non possunt,  
tunc vel pluribus simul adhibeã-  
tur, vel si vrget necessitas omi-  
ttantur

---

**Benedictio pro animalibus  
infirmis.**

*Oratio* **De avertendis animalibus.**

*Introitus* **nostrum in nomine Domini.**

*Resp.* **Qui fecit Cœlum et terram. Vers.**

**Domine exaudi orationem meam. Resp.**

**Et clamor meus a te veniat. Vers.**

**Dominus respiciet. Resp.** **Et exaudi**

**Orationem.** **Suaveritatemque tuo Domine su-**

**placem exoramus ut hæc animalia, quæ**

**gravi infirmitate vexantur tua benedi-**  
cti-  
**cti-**

Benedictione sanentur: extinguantur in eis  
omnis diabolica potestas; neque ulterius  
exortent: esto eis vita defensio, et reme-  
dium sanitatis.

Deus qui laborantibus hominibus, etiam  
de mutis animalibus solatia subrogas-  
ti, suppliciter te rogamus, ut sine quibus non  
aliter humana consistere valet ~~homo~~ fragilitas.  
nostris facias visibus non perire. Rex Do-  
minu ~~Dei~~ Asperzatur.

## Benedictio Salis

Sanctum nostrum in nomine Domini. Iesu. dicitur  
fecit Sal, et terram. Coorrupto te creatura salis,  
per Deum ~~et~~ vivum, per Deum ~~et~~ seculum, per Deum ~~et~~  
Sanctum: per Deum, qui te per Eliseum projectum in  
aqua mitti iussit, ut auferretur sterilitas aquae:  
ut efficiatur sal. exorcizatum in salutem credentium:  
et sit omnibus amentibus te sanitas anima, et  
corporis: et effugiat, aut discedat a loco, in quo

Aspersu fueris omnis stantia, et nequiti-  
a, de uentia diabolica trauou, omnisq,  
spiritus immundus auiuratus per eu, qui  
uenturus est iudicare uiuos, et mortuos, et  
saculu per igne. R. Amen

Itemus.

Immensa clementia tua, omnipotens eterne  
Deus, admittes imo statim; ut danc crea-  
tura, qua in uis ueneris namam tribu-  
isti, beneat fieri, et sanguificari tua sicut  
te digneris: ut sit omnibus iumentibus sauis  
mentis, et cordibus: et quisquis ex eo tactus,  
vel residerit fuerit, careat omni immunditia,  
omniq; impuritate spiritalis nequiti-  
e. Per Dominu n.

Exorcismus aqua

Exorcizo te creatura aqua in nomine Ds.  
Patris omnipotentis, et in nomine Iesu  
Christi filii dui Domini nostri, et in uirtute  
sacris et santis: ut quis aqua exorcizata

Ad effugando omni potestate inimici, et  
ipsi inimici eradicare, et extirpare vale-  
as cum Angelis suis apostolicis sex virtutibus  
eiusdem Domini nostri Jesu Christi, qui ven-  
turus est iudicare vivos, et mortuos, et sa-  
culum per ignem. Amen.

Oremus.

Deus qui ad salutem summi generis, ma-  
ximamque sacramenta in avaram subs-  
tantiam condidisti: adesto propitius in voca-  
tionibus nostris; et clementer huic multimo-  
di purificationibus preparato, virtutibus tue  
benefactionis infunde: ut creatura tua  
mysterijs tuis serviens, ab abijando demoni-  
bus, moribusque peccando, divina gratie  
sumat effectus: ut qui quid in domibus, vel  
in locis fidelium hanc unda reserexit, careat  
omni immunditia, liberetur a noxa: non illi  
resideat spiritus pestilens, non aura coarctans:  
prens: auccedant omnes insidias latentis in-  
mici

Inimici: et si quis est, quod aut inconvincibili  
habitantibus invidet, aut avaritiam adessione  
suius corde effundat: ut salutem per  
invocationem sancti tui nominis exoptata,  
ab omnibus. ut incarnationis defensionem  
per Dominum deum Patrem se esse. ad en-  
ei aqua in modo de cruz, alienas.

Commissio salis, et digne, existeriat:  
in nomine Patris, et Filii, et Spiritus  
sancti. Amen.

Deum Patrem. Et de Spiritibus.

Oramus.

Deus innumera virtutum, et insuperabilis im-  
plexi Rex ac princeps magnificus Virtutis:  
cui avaritia avaritiam, et avaritiam: cui  
inimici invidentis avaritia avaritiam: cui invid-  
les nequias: potenter eximias. te Domine  
trementes, et avaritiam: avaritiam, ac seti-  
mus, ut hanc creaturam salis, et avaritiam avaritiam.



Assiduas, benignas illustres pietatis tuae rogas  
se obsecras: ut ubicumque fuerit aspera  
per invocationem sancti nominis tui, omnis  
infestatio immunda spiritus abigatur: ter-  
rorum venenosi serpentis oculi pellantur:  
et praesentia Sancti Spiritus nobis miseri-  
cordiae tuae poscentibus, obsequae ad se dig-  
netur. Per Dominum &c. In unitate eiu-  
dem Spiritus Sancti. &c. Aspergatur hu.



PARAGUAYAN LITURGY. OFFICIA VARIA. [FOR USE IN PARAGUAY.] Ordo Baptismi Parvulorum. Preguntas en la Lengua Guarani para Baptizar Quid Petis, etc.—De Communione infirmorum—Ordo ministrandi Sacramentum extreme Unionis—Ritus celebrandi Matrimonii Sacramentum—Execrationum ordo—Exorcismus—Ordo Baptismi Sacramentum—*SCRIPT on paper, very neatly and clearly written in red and black in close imitation of a fine and early Roman type BY A SPANISH SCRIBE FOR THE USE OF THE JESUIT MISSIONARIES IN PARAGUAY, 1611, 20-22 lines to a page, passages in the Guarani language are interspersed with the Latin, e. g. on f. 1, f. 6 B, f. 7 A and B, ff. 14-19, etc., crushed blue morocco, line tooling on sides, gilt back, g. e.*

Sotherby & Co. Cat. "Catalogue"  
Vente par  
Paris 1827

102  
(588)

## ORDOBAPTIS

### MI PARVVLORVM

Preguntas en la Lengua Guarani

para Baptizar Quid petis &c:

**P** Mbareche pãngã creyerure S.<sup>ta</sup>

Madre Iglesia vpe ñae? vel  
peyerure. R. Iesu Christo rero  
bia habarehe.

Iesu Christo rerobia habamba  
è pãngã omeẽ ndeberae? vel.  
Omeẽ peẽ mene. R. Teco hori  
apireyãma.

Sacerdos. Siigitur vis ad vitam  
ingredi, serua mandata: Diligesi  
Dominum Deum tuum ex toto  
corde tuo, & extota anima tua,  
& ex tota mente tua & proximima  
tuum sicut te ipsum Deãdãter ex  
sufflet

\*\* A MOST INTERESTING MANUSCRIPT. Paraguay was conquered by Alvarez Nuñez in 1535, and civilized by the Jesuits, who began a mission to the Indians of Paragnay as early as 1579. Ruiz de Montoya (d. 1652) reduced the language to writing, and published in 1639 "Tesoro de la lengua Guarani, que se usa en el Peru. Paraguay. y Rio de La Plata," which has become exceedingly rare. No portion of the Scriptures in Guarani seems to have been printed till 1888, when the Sermon on the Mount was published in Guarani and Spanish.

